M. 1. 4.º perg.º contiene dos tratados uno con 213 pag.s foliadas y 19 hojas sin foliar y otro con 90 paginas tambien foliadas.

Rz —



Index Capitum, qu[...] Constitutionib9 conti[...].

Pars Prima.



Pars Tertia.

De Domib. nostre Religionis. fol. 121.

Pars Quarta.

De gubernatione, ac regimine Suius nrę Religionis. fol. 145.

nationem

Index.

Index Notabilium, quæ in his Constitutionum partibus continentur.

A

V

Assistentium.

B

Capitulum

Causae depositionis.

exertitiorum

D

Dimissio

E

ad octo, l, decem dies consuluntur.

F.

Capĺo sive Generali, sive Provintiali, sive Locali peragentur. in 2º. eos, qui extra tempus capli Generalis, vel Provintiali cum suis Assistentibus, et atq. Locali cum consultoribus fiunt. in 3º. demum eos, quos singuli superiores sine aliorum votis fecerit.

De primo autem, et 2º. Statuimus ordine, ut nullomodo eorum dispositio confundatur, ac proinde qui actus ad capitula expectāt, ij, a quibuscumq. alijs ne fiant: similiter qui ad Generalem, vel Provintialem cum Assistentibus, et ad Superiorem Localem cum consultoribus, ij a singulis ipsis nequaquam peragantur; decernentes q. si aliter tam primi, quam secundi ordinis fiant, irriti ipso facto, et nulli reddantur. Qui autem sint huiusmodi actus, qui ad hos plures attinent, suis quisq. locis sigillatim, iuxta rerum exigentiam sunt hucusque praescripti, et infra prout occasio postulabit, conscribentur.

Iam vero sive primi sint, sive secundi ordinis, vel ad electiones redigant, vel ad rerum decisiones, sed qualescumq. erunt, volumus, ut personę ad suffragium ferendum, vel sententiam dicendam destinatę, singulę concurrant, nec aliquis abesse sine iusta causa possit, alioquin, qui pręsens in domo, et vocatus interesse sine causa nolit, graviter puniatur, arbitrio eorundem, cum quibus ipse in eo capli, vel consultationis actu convenire debebat; declarantes ex nūc pro tunc, ut qui actus in alicuius absentia, ad eum conveniendi ius habentis, fi-et, ex quacumq. causa hęc absentia proveniat, semper validus, firmus, et ratus habeatur. Cęterum in actu electionis eius absentia per alterius subrogationem supplenda necessario erit, eo modo, quo iam supra Cap. 10. definitum tradidimus; quę tam subrogatio in actibus primi ordinis, qui scilicet ad Caplū spectant, et in rerum decisione consistunt, necessaria non erit, nisi forte in casibus, in quibus expresse decernetur. at vero in omnibus casibus secundi ordinis, qui scilicet ad consultationes attinent, sive Generalem, sive Provlem, sive Localem, sive sint actus in electione consistentes, sive in rerum decisione, semper unius absentia, ex quacumq. causa proveniat, per alterius subroga-

tionē

H

I.

I

L

Libri.

M N

N

Nouitij:

XIV

P.

P

Priuatio vocis actiuæ, et passiuæ ad triennium ipso facto iis, qui aliqua pretiosa in com. custodita inde extrahunt sine licentia. 1 P. C. 4 fol. 7

+ in perpetuum

Procuratoris

Q

Q

R

S


valibus

T

Vocem in=

Finis.

Ad Laudem & Gloriam Omnipotentis Dei Virginis. Deiparę & Venerabilis Patris Augustini Adorni.



Constit=

CONSTITVTIONVM Clericorum Regularium Minorum

Pars prima.

De fine, & instituto huius nrę Religionis, ac de omnibus ijs, quę ut media prescribuntur ad illud.

1 Congrua constitutionum ratio, qua regularium dirigitur vita, moresq formant; primario quidem a finis designatione, mediorumq prescript.e initium sumere debet; ut sic n̄ quasi in incertum, nullo proposito signo, sed velut ad certam lineam, apta mediorum directione, ab omnb9 semper strenué contendatur: proinde merito nobis prima hęc pars premittenda erit, in qua et finis designetur, et ad illu oppor= tuna media prescribantur.

Cap. 1.m

De fine, et instituto ad q.d nra Religio destinatur.

1 Vniversalis Religionum omnium finis, quem sibi communiter iure designāt, n̄ alius plane conspicitur esse, quam charit.tis perfectio; consiliorum pręcipue, n̄ pręceptorum duntaxat observat.e completa. Pręter quem omnibus communem, peculiarem alterum vnaqueq sibi finem constituit, qualis nimirum est, l, vitę contemplativę, l, activę, l, mixtę institutum.

2 Proinde nra Religio, universalem illum, qui in charitatis perfectione consistit, finem amplectens, hunc alium, ut sibi propium divino edocta spiritu designāt; vitę scilicet mixtę, seu contemplationis, et actionis institutum; per quod charita= tis amplitudini deserviens n̄ propię tantum, sed et proximorum saluti vbique

Locorum

2.

Locorum se adiicere intendit, Domino adiuuante.

3 Sic autem designato fine nostris omnibus incumbet, animi intentionem ea firmitate ad illud dirigere, ut nihil aliud inspiciendum eis, l. inquirendum occurrat; illius ergo adipiscendi desiderio ferueant, nec ulla prætereat dies, qui singulari studio ad eum cogitationem n̄ dirigant; perpendant hanc ipsorum esse vocationem, nec ad aliud (calcatis mundi illecebris) unius moris cohabitare in domo Dei, quam ut huius instituti cœleste negotium tota virtute absoluere possint.

Cap. 2.

De mediorum varietate in uniuersum, quibus nr̄a Religio ad prædictum finem se dirigit.

1 Ad iam propositum sibi finem, diuina gratia se dirigens nostra Religio, veluti apta media assumenda præscribit; paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac dignitatis extra Religionem non procurandi, quatuor solemnia vota; contemplationis item, et actionis exertitia, ac cæteros regularis disciplinæ actus, ac studia litterarum; hisque omnibus vitam ad prædictum finem ordinare intendit, Deo dicatam, eiusque vices agenti superiori (qui diligendus erit) subiectam, propriæ, ac proximorum saluti addictam. Sed vero quæ magis in particulari sic præscribuntur, ut media ad finem, ea quidem omnia congruenti ordine disposita ad hæc genera dirigenda censuimus, quorum primum solemnia vota continet, quæ quidem spectant ad religionis essentiam. Secundum contemplat.ⁱˢ exertitia, et alios actus, quibus immediate ad Deum dirigimur. Tertium ea omnia, quibus immediate ad nos ipsos ordinamur; Quartum ea, quæ erga sup.ᵉˢ Religionem, et eius statuta sunt gerenda; Quintum actionis exertitia, et alia quæ erga proximos ad nostram directionem attinent. Sextum deniq. varia litterarum studia, et exertitia.

2 Porro cuiusq. studium esse debet hæc omnia sic vehementi animi propensione arripere, ut non alia potiora media sibi suppetere vere credat; his ergo inhæreat. Proinde

Proinde vero, magnanimo corde, sanctorum exemplo, ad altiora semper, et ulteriora quisque contendens, plura, quam quae Religio parat, praestare nitatur. et si enim quibusdam legum limitibus regularium status contineatur, perfectionis tamen limites, urgens Christi charitas non agnoscit; sed iam de singulis mediorum generibus sigillatim per sequentia capita agamus.

Cap. 3.

De primo medior. genere, quod solemnia vota complectitur in uniuersum.

1 Ut instituti perfectionem ad quam vocati contendimus, remotis impedimentis, facile pertingamus, solemnia vota primo nobis loco se offerunt, in quibus tota consistit Religionis essentia, quibus regulares viri praecipua ratione diuino numini se profitentur addictos.

2 Proinde quae a nobis omnibus ad clericalem statum vocatis emittentur, quatuor erunt; Paupertatis 1.m Castitatis 2.m Obedientiae 3.m quartum denique votum non ambiendi per extrinsecos actus, dignitates, vel praelationes extra Religionem.

3 Quae quidem omnia, probationis tempore elapso, cum ad professionem quis clericus admittetur, solemni ritu nuncupare debebit, et nuncupationis formula talis erit:
Ego. N.N. natione N. dioecesis. N. profiteor coram Domino, et vniuersa curia caelesti, et coram te R. P. N.N. Praeposito huius domus, ac omnibus circunstantibus; et promitto omnipotenti Deo, et B.ae Mariae semper virgini, et venerabili Religioni Clericorum, Regularium Minorum, ac admodum R. P. N.N. Praeposito Generali eiusdem Religionis eiusque successoribus legitime intrantibus, Perpetuam paupertatem, castitatem, et obedientiam: insuper promitto numquam me curaturum, vel praetensurum, siue per me, siue per alium, extra Religionem praelationem aliquam, vel dignitatem, nec consensurum in mei electionem, nisi coactus obedientia summi Pontificis, in ciuitate N. die. N. mensis N. anni N. in ecclesia N.

in ecclesia N. eiusdem ciuitatis.

4 Cęterum fratres laici, cum fuerint suo tpe ad solennem professionem admissi, tria tantum solemnia vota emittent; cuius quidem emissionis formula (communi idiomate ab eis proferenda) eadem prorsus erit, quę modo pro clericis est pręscripta, quarto duntaxat voto prętermisso, quod eorum sane statui non aptatur.

5 Illud pręterea singulis nris professis, tam sacerdotibus, quam clericis, et laicis iniungitur, ut ex antiquo, et commendabili ritu nrę Religionis quotannis in vigilia Epiphanię, quę emiserint vota, iterum renouare, et nuncupare teneantur, ea ratione, et ritu, qui in libello de nris ritibus habetur.

6 Verum ipso renouationis die, sic se deuote disponere, quisque nitatur, ut exercitijs duntaxat spiritualibus recollectus incumbat; ideoque silentium serio hac die indicatur, distractionis occasiones pręscindantur, extra domum egressus (quoad eius fieri poterit) caueatur; corporis quęcumque etiam recreatio consueta cesset; quicumque deuitetur congressus, Vt sic deuotionis igne succensi, medullata offeramus Dno holocausta, reddamusque vota, quę distinxerunt nra labia ab initio. Postremo laudabiliter, et pie se sequisque gereret, si nouo semper spiritu quotidiana votorum renouatione priuatim se Dno in hollocaustum offeret.

Cap. 4.

De paupertate, quę primum est votum.

Cap. 9. 10. & 1. f. 32. 1 Religiosa paupertas, quę parens quędam est, generatioque virtutum, eo cordis affectu a nris omnibus complectenda erit, quo vere pateat, ipsam in terris cęlestem nobis esse diuitiarum thesaurum. Quare ex instituti ratione communia nobis erunt omnia, ita ut in communi, et de communi viuamus, et idcirco nemini ex nris propium aliquid habere, aut etiam appellare licebit, quin potius, meum, et tuum eliminantes, communi vocabulo quisque in loquendo significet, se in hac vita nihil proprium posidere.

C. 9. 11. & 3. f 54. 2 Proinde nemo sit, siue professus, siue Nouitius, qui per se procuret, vel per alium, vt sibi

Vt sibi quoad vixerit, siue incertum tempus annui redditus, census ve, aut aliqua certa pecunia sibi a quoquam, siue propinquo, siue extraneo, siue testam.to siue donat.e siue quouis alio titulo, modo ve relinquatur.

3 Nouitijs insuper professionem emittentibus, omnino interdicimus, ut annuos redditus sibimet nominatim, aut illi domui, ubi pro tempore habitauerint, nullo unquam modo, siue ratione relinquant.

4 Iam vero quæcumque bona siue mobilia, siue immobilia, cuiuscumque generis, et qualitatis fuerint, pecunia, prouentus, census ad aliquem ex nostris Religionis peruenerint, eleemosinis, donat.e, testam.to, legato, quouis alio hereditario titulo, vel, qualibet hominis, vel, iuris disposit.e, siue quocumque nomine, causa, actitulo acquisita; ea omnia omnino statim communia esse intelligantur; et ad superiorem sincera fide deferantur; nullo unquam tempore, vel, causa ius aliquid propietatis, vel, usus acquirere sibimet aliquis possit, sed omne bonorum ius communitatis erit.

5 Ad hæc nemo sit, qui nouam vestem, aut nouum omnino aliquid, cuiuscumque generis fuerit; siue utendum accipiat, siue apud se habeat, nisi sup.or viderit, probauerit, benedictionemque impertierit, Sed vero quorum usus ipsis a sup.e conceditur, sciant, de his nullo modo se disponere posse, et propterea alicui extraneo ne dentur, vel, commodentur, sine sup.is licentia: cæterum paratissimi sint, ad simplicem sup.is vocem, vel, nutum, quæcumque utenda acceperint, relinquere; sed et quod illis utuntur, nullo modo tamquam proprijs utantur; immo propiet.is quamlibet notam, vel, umbram deuitantes, cauendum cuique neque usui accipit, peculiari aliquo signo, vel, propio nom.e communire presumat.

6 Horologia ex totis fabrefacta cuiuscumque metalli fuerint, nemini priuatim habere liceat; neque etiam priuatim aureas, aut argenteas reliquiarum, sacrarumque rerum capsulas; aut libros auro, argento, aut insignijs familiæ ornatos; neque pictas imagines, nisi parui pretij cartaceas; scultas vero aut cælatas icunculas nemo habeat, nisi parui pretij, easque localis sup.or concesserit. Neque item ar- Cap. 9.10. 8.1. f.32.

maria,

tabulasq, et oratoria ex eo ligno confecta, q habita locorum, et regionum ratione in magno pretio habentur. quæ vulgo vero scriptoria nuncupantur, ex quocumq ligno fiant, nobis prohibita esse intelligantur; deniq curiosa ornam.ta in cellis, in tabulis, oratorijs, et huiusmodi alijs, quæ priuato cuiuscumq vsui tribuuntur, omnino vitanda esse decernimus.

7 Sed et cubicula singulorum, eorumq supellex, n aliare quam paupert.e niteant, nihil ibi q.d mat.a l, artifitio sit pretiosum, nihil q.d a pauperum statu abhorreat, habeatur; nihil etiam esculenti, aut poculenti, nisi tantum ratione infirmitatis, et de licentia sup.is (dummodo in magna quantitate non sit) ibidem retinere licebit.

C. G. 13. D. 13. f. 67. 8 Proinde sint nudi parietes, lecti simplices, sine ornatu, sine conopeo, aut vlla re consimili, cum vnica culcitra, et vnico ad summum duobus puluinaribus; nec nisi laneis, et grassioribus in stragulis vtemur, linteaminibus tn e lino confectis; textile vero e lino, siue ex gossipio, stragulum, nemini præterquã infirmis concedatur.

9 Demum quatuor in latitudine palmos lectuli non excedant, habeatur tn male habentium, et infirmorum ratio, quibus latior lectus concedatur.

10 Cæterum in cubicula, cellasq priuatas induci foculos, aut ignem fieri in eis n permittatur: sat erit communis focus, quem statis horis accendendum cuilibet licebit adire: habeatur vero ratio senum, debilium, et huiusmodi commoditate indigentium, ad quorum cellas defferi poterit.

C. G. 9. D. 13. f. 24. 11 Vt autem in cellis rite custodita paupertas, in nullo violari aliquo q.m possit, sup.es bis, aut ter in anno, et quoties insuper necessarium duxerint, visitent cubicula singulorum: et quæ forsam in eis a paupertatis proposito dissona reperezint, nullo modo dissimulando permittant: ut autem facile sit superioribus ipsis, cellam l, capsam quamlibet, reserare, aut visitare, decernimus, ut ad fores singulorũ cellarum obserandas, varium quidem ab omnibus adhibeatur clauis, et seræ genus: sit tamen in singulis domibus adulterina clauis vnica, quam solus Præpositus,

et Vic.s,

et Vicarius apud se habeant, aliorum nemini concedendam: sed et armaria pluteos, capsas, nemo claue obseret, praeter eos, qui res communes adseruant; nisi supr. ex rationabili causa concesserit. Pars 1a. C. 9. 8. 8. f. 16.

12 Sed ulterius ut paupertati consulamus deposita extra domum apud exteros propinquosq. seruanda, nemo committat, nisi supr. ea demum rat. concesserit, ut communit.is nom. custodienda tradantur. Numorum aliquid, aut singraphum suo nomine soluendum, seu ad se rat. aliqua spectantem, aut argentum, aurum, gemmas, et huiusmodi pretiosa apud se habere, et seruanda suscipere, nemini omnino liceat, sed id omne, q. cuiquam creditum fuerit, ut seruet, in communem capsam reponatur, nec ullo vnquam modo inde extrahi posit, etiam a supe. nisi cum vero D.no restitui debet; et qui secus fecerit, incurrat ipso facto in priuationem vocis actiuae, et passiuae ad triennium duraturam.

13 Nulli etiam liceat procurare, aut permittere, ut numorum aliquid ab eis in eleemosinas, seu in aliud quodcumq. opus erogandum, siue aliquibus certis, aut incertis, personis reddendum, sibi iniungatur: si autem huiusmodi, quae dicuntur confidentiae, nobis inscijs demandatae, et concreditae fuerint, id onus ne suscipiatur, antequam supr. localis licentiam dederit.

14 Postremo in itinere paupert.is lex non minus exacte seruanda erit; quare ne quid aliud, quam in viaticum expendatur; si quid vero in itinere ab aliquo emptum, aut quomodolibet acquisitum fuerit, id omne statim, ac is domi fuerit, ad superiorem deferre teneatur.

15 Caeterum cum et in communi, et de communi sit nobis ex instituto viuendu, bona in communi tantum habere, et posidere licebit; quare eleemosinas, et si perpetuae fuerint, singulae nrae domus habere poterunt; in ecclesijs item, sacellis, et altaribus construendis, et vniuersaliter quocumq. alio titulo admitti posiut, Onera, etiam perpetua missarum, congruo tamen censu, prouentuq. recepto; verum hae pactiones, onerumq. susceptiones, ne fiant, nisi praequio consensu duorum partium capli localis, eius domus, in qua onus suscipi debet, ac etiam sine assensu Prouilis,

Onera ppetua Missarum ne admitant sine cosenu duorum partium Capli Localis, ac Consultationis Ptis

suorumque Assistentium: adeo, ut neque Provlis, neque Genlis, etiam de Assistentium voti, sine eiusdem capli consensu, ei domui possint onus illud suscipiendum mādare.

16 Sed et quidquid numorum accipitur, cum onere perpetuo missarum, nullo unquam tpe alienetur, sed ea pecunia omnino, l. annui census, l. bona stabilia, quę annuos proventus reddant, emantur, sub pęna contravenientibus privationis offitij, et vocis activę, et passivę, in perpetuum ipso facto incurrendę; volumus enim, ut si perpetuum debet esse onus, perpetuus etiam census habeatur.

17 Proinde quidquid pecunię, quacumque ratione, titulo ve ad nras domus pervenit; item eleemosinę cuicunque religioso, a quocumque sive extraneo, sive propinquo quomodolibet datę fuerint, ad superiorem statim sincera fide deferantur, et in cōmune scrinium reponantur, de quo sane scrinio, sicut et de domorum nostrarum bonis omnibus late in 3.a parte constitutionum infra agemus.

18 Ultimo et si omnes ex instituto, profiteamur paupertatem, eam tamen munditia nitentem, non sordibus deturpatam amplectamur; placeat paupertas, displiceat sordes; unde et in cubiculis, in mensa, in victu, in vestitu, et in omnibus alijs semper paupertati munditia adiungatur, nec ullo modo sordidum quid permittatur.

Cap. 5.

De Obedientia, quę est tertium votum.

1 Quę ad castitatis virtutem expectare videntur, regularum pręscriptionibus, hic explicanda non erunt, cum satis compertum sit, qua ratione, quo ve zelo, cordisque conamine, hęc angelica virtus custodiri merito debeat; et ideo ad obedientiam transeuntes, cum (ut magnus Gregorius ait) sola virtus sit, quę virtutes cęteras menti inseit, insertasque custodit, ad ipsam acri studio complectendā iure cohortamur.

2 Quapropter sup.s omnes reverebimur, ut parentes, eisque prompte et syncere obediemus, non executione solum, sed et voluntate, et etiam intellectu simul; quod quidem facilime pręstabit, qui Xpm Dominum in sup.e quolibet agnoscere studuerit; ob id enim

enim subdito obediendum est suo prælato, quod nimirum hic vices Dei gerat, eiusdemque autorit.e fungatur, qui dicit, qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.

3 Proinde paratum se quisque ad obediendum exhibeat, nec spectet, ut sup.or aut scripto, aut voce severè præcipiat, et iubendi vim quam habet, exerceat, sed boni Religiosi partes erunt, in iis de quibus nulla extat iussio, aut nihil expresse præscriptum, sup.ris voluntatem inquirere, eique animo, et affectu adhærere, et adeo celeriter obediendum erit, ut cumprimum campana pulsauerit, aut alio modo obedientiæ signum innotuerit, statim exurgere, et ne tantum quidem moræ interponere debeat, quantum cœpti apicis consumet effigiem; ita enim imitabimur sanctos, qui (ut Cassianus refert) imperfectam lineam litteræ relinquentes, non tam operis compendia, lucra ve sectabantur, quam obed.e virtutē exequi toto studio, atque æmulat.e festinabant; Religiosi enim viri, (ut ille subdit) adeo cunctis virtutibus obedientiam præferre debent, ut universa dispendia subire contenti sint, dummodo hoc bonum in nullo violare videantur.

4 Quoniam autem (ut Bernardus ait) perfecta obedientia terminis non arctat, idcirco quocumque locorum, etiam inter infideles, ad quæ ad indiarum reg.a sup.or migrandum iniunxerit, subditus nulla interposita mora, quamprimum migrandum festinet; neque aliquis audeat, aut longinquum iter, aut quoduis aliud impedimentum, quod sup.or non approbet, aliquo modo prætexere; cæterum quis, qua rat.e longinquum iter præscribere possit, infra suo loco dicetur, cum de ratione iter agendi agemus.

5 Propterea vero commissum sibi onus, et offitium, quodcumque tandem sit, absque discuss.e quisque recipiat, et pro modulo virium sincere, et extrenue exequatur; nam proterui ęmentis signum est, et ambitionis seminarium offitiorum gradus æstimare, et hoc sibi competere, illud vero minime, ore querulo, et animo perturbato disserere: sed et si quid onerosius imponatur, quod sibi vires excedere videatur, ne recusset, sed in Domino confisus subeat humiliter; virtus enim Dñi in infirmit.e perficitur;

Sin vero sua debilitas, et ineptitudo superiorem lateat, vbi eum audierit, et quid se ab illo offit.o suscipiendo exterreat; humiliter, placide, et aperte significauerit; nihil amplius supererit, quod agere debeat.

6 Deniq. obedientiæ ordo exposcit, ut non solum præpositis, et huiusmodi alijs maioribus prælatis, verum etiam eorum vicarijs, et ministris, in ijs, quæ ad eorum offitia spectant, obediamus; quare nemo sit, qui illis obtemperare recuset.

C. G. 40. D. 2. f. 32. Postremo, ne conscientiæ laqueus cuiquam iniiciatur, testatum volumus, obedientiam eatenus ad lethalem culpam nos obligare, quatenus sup.r in virtute sanctæ obedientiæ, l, sub pæna excomunicat.is aut alterius censuræ præcipiat; quo tamé præcepto, hoc modo imponendo, raro, et nonnisi graui ex causa nri sup.es vtant.; Immo si præceptum in virtut.e sanctæ obedientiæ, non priuato alicui Religioso, sed communitati infligendum esset; tunc a sup.e sine capli localis consensu, et a Proali, l, Genli sine consensu suorum Assistentium fieri non poterit; et pari rat.e excommunicat.is gladio, l, alterius censuræ, in nullo casu, siue priuatæ, siue in vniuersum vtantur nri sup.es Genlis quidem, et Proalis; nisi re cum suis Assistentibus, et localis, nisi cum Capitulo locali mature deliberata.

Præceptis, seu ex.omunicatio ne ponat. nisi raro, et grauj ex causa; qd si ponat .mu-nitati sit de .sē-su Superioris cū suo Capitulo l. Plis cū .sultāe

9 Sed nihilominus quamuis obedientiæ trans.io lethalem culpam, nisi iuxta iam explicata rat.e, non inducat, tamen pene, et quidem graui subijcimus omnes, qui eam quouis modo impositam violare non verentur; et profecto huiusmodi religiosi sedulo coerceantur, ~~et obedientiæ iugo~~, et obedientiæ iugo submittere cogant.

Cap. 6.

De quarto voto, ac iuramento.

1 Ambitionis vitio, quo regularis perfectio labefactata ruit, aditum omnem occludentes, iure optimo cuilibet ex nris, qui statui clericali sit adscriptus, imponim.s, ut quartum illud solemne votum in professione emittat, non scilicet se prætensurum, l, curaturum, siue per se siue per alium ad prælationem aliquam, l, dignitaté extra Religionem assumi.

Quo

2 Quo etiam modo iuram.tu sed simplex ab eisdem fieri volumus, quo se obstringant, non acturos, ut sibi Præpositi dignitas, seu aliaque huic præfertur intra religionem expresse mandetur; fiet autem iuramentum istud, absoluto statim profess.is actu, non tamen solemniter, sed priuatim, et simpliciter in choro, vel in sacrario, in manibus sup.is coramque ipsa solemnis professio fuerit emissa; formula vero talis erit = Ego N. N. Testem inuoco Deum, q.d neq Præpositi dignitatem, neq aliq.d offitium, quod huiusmodi dignitati ex ordinationibus nrę Relig.is præfertur, mihi expresse mandari, curabo. forma iuram.ti non ambiendi.

3 Cæterum supra Præpositi dignitatem, nullam aliam intelligi volumus; quã Prou.lis, aut Gen.lis; proinde tam iuramentum istud, q.m votum illud, nonnisi extrinsecos actus, quibus dignitas aliqua procuratur, sub obligat.e coercẽnt; non autem circa desideria dignitatum, seu huiusmodi alios intrinsecos actus vim habeãt, quamuis cuiquam cauendum sit, ne minimis hisce desiderijs, aditum sui cordis patere permittat, e quibus tot vitiorum pestilens virus erumpit.

4 Verum si (q.d absit) contigat aliquem ex nris dignitatem quamlibet, contra votum prędictum, aut iuramentum, sacrilega impiet.e sibi committi, aut demãdari curare, ~~ut voti transgressorem, vel~~ ut, periurium, grauissime puniendum esse, priuat.e vocis, et inhabilitat.e ad illam; priuatione item offitij, et loci, et alijs pęnis superiorum arbitrio infligendis, iusta seueritate decernimus.

5 Sub graui etiam pęná cunctis iniungitur, ut sup.i statim reuelare, et denuntiare teneantur, q.dcumq eis innotuerit, quempiam voti huius, et iuram.ti transgressorem aliquo modo existere; Tandem ne, seu minima detur ambit.is occasio, prohibemus, ne quis siue per se, siue per alium sibi procurare, aut demandari presumat, seu vocem in cap.lo, seu quemlibet gubernat.is gradum, quiuis ille sit, seu etiam promotionem ad ordines, seu in 2.o gradu sacerdotem institui; Lectoris item, et concionatoris offit.o fungi, seu deniq ad secularium confessiones audiendas designari; et qui contra fecerit, grauiter puniatur, et ad eosdem grad., vel offitia perueniendi, facultas ne fiat. C. G. 9. D. 1. f. 18.

Cap.

Cap. 7.

De 2º. mediorum gradu genere, qd. contemplatˢ. exercitia, et alia continet, qq. immediate ad Deum dirigimur.

1 Vocationis nrę ductum prosequentes, qua a mundi tumultibus segregati, ad sublimia in cęlestibus evocamur, contemplationem, cultumque diuinum, secundo loco post vota adscribimus: Quę sane ex Dni sententia perfectionis continet optimam partem, quęque a rerum labentium affectione seiunctum, animum iugiter cęlestibus choris insinuat. Sed et omnes intelligamus, hęc esse nrę Religˢ. pręcipua fundamenta, qq. nos firmiter, innitamur, oportet, ut perfectˢ. culmina facile pertingamus; vnde etª pr.º institutˡ. hoc pręcipuo spũ imbuant nouitij; et omnes quotquot sumus, non corpore tantum, sed et mente, a rebus secularibus abducti, res diuinas assidue contemplari conemur.

2 Singula vero, quę contemplatio hęc, cultusque diuinus exposcunt, nimirũ mentalem orationem, chorum, et huiusmodi alia, sigillatim persequentᵉ. capita pręscribemus.

Cap. 8.

De oratione mentali.

C.4. 10. 9.3.f33. 1 Cum inter omnia contemplatˢ. exertitia primas obtineat vices mentalis oratio, de ea primo est agendum; et sane dupliciter in nostra Religᵉ. eam instituendam esse decernimus; 1º. ut communiter in singulis domibus, ab omb. nris in choro, l, in ecclesia, aut etiam in oratº. congregati, quotidie bis in die peragatur, mane scilicet et vespere. Et matutina quidem oratio, vbi chorus quotidianus erit, statim post absolutas matutinas preces habeatur: vbi vero quotidianus non erit, (ut in collegijs) paulo post tpi illud, quo preces ipsę matutinę, in choro persoluere deberent, vt late infra dicetur, cum de exertitiorum ordine in 3ª. parte agemus. Vespertina autem oratio

oratio, eo t[em]p[o]re peragatur, quod P[ro]vulé capitulum, habita locorum, et regionum diversarat[ion]e designabit. Sed et temporis spatium, quo vtiq[ue] communis oratio concludi debebit, sic se habeat; ut in domibus quidem exercititiorum, tam matutina, quam vespertina, ad vnius horę spatium per singulas vices excurret: In collegijs matutina ad vnam horam, vespertina ad dimidiam peragetur, in domibus recessus, et nouitiatibus separatis (vbi semper circularis oratio, prętercommunem peragetur, (de qua mox infra) ~~quam~~ tam matutina, quam vespertina singulis vicibus medię horę spatio absoluetur.

Oratio vespertina eo t[em]p[o]re paget, q[uo]d P. Capitulu[m] designabit.

2 Cęterum ut nemo sit, qui ab a hac communi orat[ion]e aliquo prętextu abesse possit, statuatur, mane prima, et secunda oratio, ut si quis a prima abesse cogatur, (habita t[ame]n prius a sup[eriore] licentia) secundę interesse, non excusetur, sed et vespertinam orationem ge~~m~~minare non refert. Proinde nemo sit, qui ab incepta orat[ion]e, antequam communiter absoluatur, abscedere audeat, nisi forte graui necessit[at]e compulsus, quo t[ame]n casu licentiam, et benedictionem ab eo, qui prę est, petat.

3. Iam vero prętercommunem hanc, alia etiam (sed solummodo in domib[us] recessus, et nouitiatibus separatis) instituenda erit mentalis oratio, quę quotidie vicissim in ~~orbem~~ assidua reuolut[ion]e sed interdiu tantum, in choro peragetur, singulis religiosis ad eam destinatis singulis horis; quam ideo circularem placuit, appellare; hoc q[ue] erit, in hijs domibus pręcipuum n[ost]rę Relig[ionis] munus, per quod semper in actu diuino conspectui poterit adstare, non solum vitę sanctit[at]e iuxta illud D[omi]ni (oportet semper orare, et numquam deficere) sed et orat[ion]is assiduitate, ut docet nos B. Basilius, dicens; orationis t[em]p[u]s sit, vniuersa vita tua; q[uo]d quidem cum singulis quibus cu[m]q[ue] personis impossibile sit, volumus, ut saltem vicissim (quoad eius fieri poterit) expleatur, in illis domibus recessus, et nouitiatib[us] separatis, in quibus contemplatiuę tantum vitę, erit a[n]i[m]is incumbendum, et orationi, non actioni vacandum, ex quo tandem fiet, ut veluti lampas semper ardens, luceat, adstando ante conspectum D[omi]ni n[ost]ra religio, lucis fulgore deinde proximis effusura.

C. G. 10. D. 3. f. 34.

4 Porro autem incipiet hęc circularis oratio, statim mane post peractam 2.am

2.m orationem communem, erit assidua, neq unquam ulla ratione interdiu cessabit, nisi dum canonicę horę persoluentur, l, aliud in choro cantabitur; in ea vero tū ecclesię catholicę, congregat.is nrę, nostrorumq benefactorum; tum vero pręcipue felicis recordat.is Sixti V. P. M.mi meminisse debemus, iure enim, ac merito animam eius Dño commendabimus, cuius auspicijs, dum is Xpi vices ageret, nři ordinis institutum ortum habuit, et incrementum.

5 Postremo, tam in circulari, quam in communi oratione, non licebit cuiquam, toto illo tpe, quo orat, offitium diuinum, l, etiam B.e M.e l, defunctorum persoluere, sicut neq lectioni alicuius libelli, quantumuis pij incumbere, nisi forsam iuuandę mem.e, et firmandę mentis studio, versiculos paucos de illo legere, opq habeat.

Cap. 9.

De institutione chori, ac de diuinis offitijs.

1 Decet Religiosos viros, diuino cultui mancipatos, quam collere profitentur religionis virtutem, diuinis laudibus exibere, q.d quidem pręcipue institut.e chori pręstare facile poterit: vt eam merito libenter amplectamur, contemplatiuę partis studio inhęrentes.

2 Ergo canonicę preces annis in choro, statis horis persoluantur, nempe matutinę (quę nocturnos continent, et laudes) matutinis horis scilicet ante diluculū serius, otiusq, pro ęstatis, hiemisq ratione, diurnę vero (quę 1.a, 3.a, 6.a, et nona, vesperis, et completorio constant) interdiu, Romani Breuiarij forma, rituq seruato; sed et singulis diebus festis, quę de pręcepto seruantur, solemnis etiam missa dicatur.

3 Proinde in nřis singulis domibus, chorum instituendum esse decernimus, et in domibus quidem exercitiorum, et recessus, et in nouitiatibus separatis, quotidianus, sine alicuius diei intermissione, erit; in collegijs vero ob litterarias studiorū occupat.es nullo modo quotidianus erit, sed dominicis tantum, et festis diebus 1.e et 2.e classis instituetur; hac tn ratione, ut in festis 1.e classis, eodem prorsus modo, quo in exercitiorum domibus, chori munia exhibeantur, primis etq vesperis non omissis.

Chorus assignat.s in Collegijs. C. G. 7. D. 1. pro Prou.a Hisp.e f. 29.

In domi=

In Dominicis vero, et festis 2.ª classis, satis erit, si matutinę preces, et deinde hora congruenti, 3.ª duntaxat, et missa solemnis, ac vesperę, sine completorio dicātur. Cęterum 1.ª classis festa, in quibus collegij chorus pręsignato modo disponetur, ea erunt: nimirum: Natiuitas Dñi, Epiphania Dñi, Pascha resurrectionis cum nibus precedentibus, et duobus sequentibus diebus; festũ Corporis Xpi, Assumptio Beatę Marię Virginis, festum omnium sanctorum, dedicatio propię Ecclesię, Patronus, l, titularis Ecclesię, si qd vero aliud 1.ª classis erit, eadem rat.ᵉ in collegijs, sicut festum secundę classis celebrabitur.

4 Iam vero diuini officij celebratio (vbi chorus quotidianus erit) hoc ordine procedat, ut festis diebus, dicatur prima post circiter vnius horę spatium ab aurora; post primam excurrat alterius horę spatium, plus minus ve, quo expleto dicatur tertia; et post eam missa solemnis, et hac absoluta dicat.ʳ sexta, et nona continenter, ferialibus vero diebus, post hunius, l, duarum horarũ spatium ab aurora plus, minus ve, dicātur simul 1.ª, 3.ª, 6.ª et nona: vesperę hora congruenti, serius, otius ve ~~post~~ + pro ęstatis, hyemisq ratione; completorium regulariter semper dicetur immediate post vesperas; festis vero diebus, et quandocũque solemniter celebrabuntur, vesperę seiunctim ab ipsis, hora cum dimidia ante solis occasum, plus, minus ve; in quadragesima vero vesperę ante prandium, completorium hora mox pręscripta.

5 Quod vero spectat ad modum, dicatur offitium, et quidquid aliud inchoro cantandum erit annis, voce quidem simplici, et tono quodam deuoto, et vnisono, sine cantu figurato, aut firmo, cum commoda in versibus pausa; musico vero cantu, instrumentorumq modulationibus nři in diuinis offitijs eatenus uti nullo modo possint, quatenus ipsimet per se ipsos, canere, aut modulari vellint, nihil t͠n + ominus exteros musicę peritos, quandoq ad hoc modũ canendũ, et modulandum in ecclesijs nřis admittere, ab instituti nři ratione, non modo non alienum, sed ei potius valde consonum arbitramur, cum id aptissimum medium sit ad populi deuotionem (cui ex instituto incumbimus) excitandam.

atq

Musica q.do adhibenda erit.

atq. adeo licebit nobis organa in ecclesijs habere; verum quibus diebus hæc musica adhibenda erit, statuimus, ut cum solemnis quadraginta horarum oratio, l, festum Patroni ecclesię celebrabitur: localis sup.or alia quæ aliorum voto eam admittere posit; cęteris vero festis diebus, idei nullatenus liceat sine suorum consultorum voto adhibito; cęterum si assidua quibusdam singularum hebdomadarum, l, mensium diebus introducenda esset, musica, nequaquam sine locali cap.lo, et sine Prouli, suorumq. Assistentium voto, et etiam sine peculiari cẽsu parato introducatur, quod si census non adit, Gen.lis etiam suorumque Assistentium vota requirimus.

6 Verum cum admodum insuper diuina offitia persoluendi ritus spectent, ~~ter~~, et cęremonię sacrę, de his statuimus, ut libellus confitiatur, in quo rituum omnium formulę a sacra congregat.e confirmandę, minuta diligentia pręscribantur; curandumq. erit, ut exacte ab omb9, concinne, et decore, uniformi obseruantia exerceantur; quod quidem, ut semel fiat, in mense, clericis omb9 et sacerdotibus professis una congregatis, ritus, et cęremonię explicentur, his tamen exceptis, quos sup.r iudicauerit, huiusmodi cęremonias probe callere,. Cęterum errata, praui q. abusus emendentur, ritusq. variantes concilient.r; sed et nouitij seorsum in nouitiatu frequentius in hijs ritibus instruantur ad Magistri pręscriptum.

7 Deniq. post modum personas designantes decernimus, ut ad diuina offitia in choro celebranda, singuli sacerdotes, et clerici, una conueniant, neq. aliquis sine sup.is licentia abesse pręsumat; laici quoq. ad matutinum surgant, tantisper genuflexi orent, donec inuitatorium in choro recitetur, quo dicto benedictionem simul postulent, deinde ad op.a sibi pręstita secedant: qui clericus, l, sacerdos post inchoatum offitium in chorum venerit, si ibi sup.r l, vicarius adit, ad suum locum nese recipiat, sed genuflexus in choro medio, surgendi signum spectet, quo habito statim surgat, et ad suum locum se conferat; si vero sup.r ibi, vel vicarius non aderit, breui orat.e pręmissa, et nullo spectato signo surgat, et cum

alijs

et cum alijs in suo loco conueniat: proinde vero sine graui necesitate, et sine licentia, ac benedictione eius, qui præest, a choro, antequam offitª. absoluantur, nemo egrediatur; sed et siquis de licentia supʳⁱˢ. abscedat, et postea ad chorum reuertatur, surgendi signum nequaquam expectet.

Cap. 10.

De Sacramentorum penitentiæ, et Eucharistiæ suptione, ac de sacrifitio missæ.

1 Ascensiones in vale lacrymarum, Deo adiutore, disponentes, ut de virtute, in virtutem perfectionis fastigium conscendamus, hunc alium contemplationis, cultusque diuini gradum figimus, et locamus, sacramentorum scilicet frequentẽ sumptionem, et usum, ad quem merito, cohortamur, et invitamus omnes.

2 Quo circa clerici omnes nostri, et laici singulis Dominicis, alijsque festis diebus, primæ, et 2ª. classis, simul Eucharistiam publice in ecclesia summant, Nouitij vero, tum his diebus, tum etiam semel infra hebdomadam coelesti cibo refitiantur; Sacerdotes autem quotidie sacrificent, aut si interdum abstinere, velint (quod ut rarissime contingat, optamus) absque supʳⁱˢ. licentia, et cõsensu, ne abstineant. Const. pars 2ª. C. 12. f. 104

3 Porro nullus siue clericus, siue laicus (nullius licet peccati mortalis sibi conscius) diuinam Eucharistiam sumere audeat, nisi confessⁿᵉ. sacramentali antea fuerit expiatus: sacerdotes vero bis saltem in hebdoma volumus confiteri; timendũ est enim Religionis viris, ne contemptu leuium culparum, paulatim in deterius prolabantur.

4 Ceterum in singulis quibuscumque domibus deputentur a supʳᵉ. duo, tres, aut plures confessarij, pro subditorum numero maiori, vel minori, atque ex his, cui quisque voluerit confitebitur, ijs vero exceptis aliorum nemini, nisi supʳⁱᵒʳ, non leuem ob causam, alicui id expresse concesserit; supʳ. vero sacerdoti cuiquã a se delecto. C. G. 9. D. 18 f. 26 et C. G. 10 D. 4. f. 35.

sed

18.

5 sed et confessarij caueant, ne nisi Religiosos (nisi qui in lectulo detinentur, infirmi, l, alias impediti) aut in cellulis, aut in alijs, quam in designatis a superiore locis auscultent; excipimus nihilominus sacerdotes, quorum confessiones in cubiculis excipere licebit.

6 Iam vero quod attinet, ad sacrificium missę, clerici, et laici, l, quotidie ad missam sacerdoti inseruiant, aut eam saltem audire, non omittant, similiter, et sacerdotes, quibus diebus a sacrificij celebrat.e abstinuerint, eidem intersint.

Cap. 11.

De examine conscientię, et de quibusdam alijs ád contemplationem expectātib9.

1 Prosequentes alia, quę ad contemplationis studium a nobis iure exposcit, inter ea primo examen conscientię ponimus; q.d quidem ab omnib9 communiter in choro, l, in ecclesia, aut etiam (si ibi commode conuenire non possint) in oratorio congregatis, bis singulis diebus, mane scilicet, et vesperę peragetur; sed mane statim a prandio; vesperę autem hyemali tpe statim post cęnam, ęstiuo post silentij signum; sed et nouitij (vbi primus nouitiatus domui coniunctus habetur) id vesperę in eorum oratorio persoluant.

2 Porro eodem ipso tempore, quo singuli conscientię rationem a se ipsis exposcūt, meminerint simul diuinę munificentię, pro alimonia gratias agere, eamque pro benefactoribus orare; verum in huiusmodi persoluendo exercitio, examinę scilicet conscientię, et gratiarum actione, tum mane, tum vesperę octauę partis horę spatium, singulis vicibus non excedatur. Ad hęc spirituali sacrorum librorum lectioni, quilibet pro studio, ad breue saltem tpis spatium, singulis, l, alternis diebus vacare nitatur, hac enim studio, velut cibo alitur, et pinguescit oratio, viget deuotio, contemplatio enutritur.

3 Sed ut nulla progrediendi desit occasio, verbum etiam dei nris omnib9 exibendum est,

exibendum est, quare bis singulis mensibus ad professos omnes, extra nouitia-
tum degentes, vna congregatos, sermo, siue etiam spirituales collationes, de deo, et
de profectu virtutum, ad medij horæ spatium habeantur, siue a sup.e, siue etiam
(cum sup.r id commode non licebit) ab alio, quem designauerit ipse. Cæterum no-
uitijs in eorum nouitiatu frequentius a Mag.o id exercitium persoluetur.

4 Proinde vero, ut diligenti studio, quæ sursum sunt sapere, non quæ super
terram experimento discamus; proderit quam maxime (licet cuiusque arbitrio,
id relinquamus) ut semel in anno, et quoties item, ad sacerdotium quis pro-
mouendus erit, singuli quotquot sumus a vitæ actiuæ exercitat.e abducti, ac reco-
llecti non mente solum, sed etiam corpore, et in vno illo, q.d ex D.ni sententia necessa-
rium est quiescentes, spiritualibus tantummodo contemplatiuæ partis exerci-
tijs, ad decem saltem, l. octo dierum spatium (suo cuique a sup.e designato tpe) vace-
mus; ex quo plane fiet, ut spiritum renouare, feruorem excitare, progressum re-
cuperatis viribus, velotiori cursu arripere, ac D.no intima valeamus, adhæsione
coniungi; quare enitendum erit, ut hæc tam sancta institutio, nouo semper stu-
dio promota vigeat; ex qua vtique Religioni fluenta spus promanabunt; sed et
nouitij antequam professionem emittant, semel, l. etiam bis, id in nouitiatu
præstabunt, prout infra suo loco dicetur. In vniuersum autem quisque ille fue-
rit, siue professus, siue nouitius, quo tpe eis incumbet; domo non egrediantur;
cum alijs siue secularibus, siue Religiosis non loquatur, recreationibus qui-
buscumque etiam quotidianis non intersit, sed solitarius in loco sibi designato
eleuans se supra se, conuersationem in cælis habere nitatur. Deniquæ peculia-
ris conficiatur libellus, in quo sigillatim hæc exercitia præscribantur, fiat in-
super deputetur vnus, qui veluti horum exercitiorum præfectus, eis incum-
bens (qui scilicet instruct.e indigere videbuntur) instruere, ac dirigere, curet.



5 Sed præterea ut vitæ contemplatiuæ omni alio tpe tota virtute vacemus, ca-
uendum nobis est, ad exter.a affectus, prospicientes ne forte (quod Paulus incla-
mat) perfluamus; quapropter vbi caritas, et obedientia non exigunt externis

negotijs nequaquam implicemur; his vero cum applicamur, meminisse iuuabit, quod B. Bernardus admonebat, vbicumq fueris, vsus est, nolli retradere, sed accommodare.

6 Postremo hoc eodem spiritu, promota religio, ut a mundi tumultu segregata, faciliori via contemplat.is studia consequatur, illud sapienter excogitatum ex instit.o prescribitur, ut scilicet domus quedam, recessus (singule tn in singulis prouintijs) longe a menibus, et sub vrbis dissite constituantur, in quibus contemplat.is iter, absq impedim.to ab alijs, qui ibi degent confici possit; sed vero de his omnibus infra in suo loco in 3.a parte late redibit sermo.

Cap. 12.
De Ecclesie cultu, ac supellectili sacra.

1 Vt ea que diuini numinis cultum, et honorem promouent, rite semper exequi valeamus, ecclesiarum cultui summo nobis studio vacandum esse intelligimus, id enim maxime regularium status exposcit, sanctorum exemplo, qui domus Dei decori pia solicitudine intendebat, vnde et nouitij ab ipsomet nouitiatus t.pe, diligenter hoc spiritu imbuantur.

2 Proinde demus operam, ne ea que aliquam profanitatis speciem preseferunt, seculares actiones, vana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, et id genus alia, in ecclesijs n.ris habeantur; ut domus Dei, domus orationis esse videatur, et dici possit.

3 Sed et precipue nobis incumbit, ut ibi existentes, non interiori solummodo cordis munditia, verum et externa etiam pietatis specie, nos tamquam Dei ministros exhibeamus; quare, et si vbique, tum maxime in ecclesijs (vbi spectaculum facti sumus, Deo, et hominibus) vtamur gressu modesto, sereno vultu, demissis oculis, sermone placido, gestu sedato, ita enim fiet, ut et proximum edificemus: et sacrarum nos dignos rerum preferamus tractatores.

4 Ad hec omni studio curemus, ut ipsamet sacra edes, parietes, pauimentum,

et que

et quæ in ea insunt altaria, ac sacra supellex, munditia, et decore resplendeant, sacerdotum, et altarium vestes, divino cultui dicata, vasa, atque id generis ecclesiastica instrum.ta probe serventur, et suo quæque loco apte disposita collocentur.

5 Ea porro sacra ornamenta, vestes, et vasa, etsi auro, gemmis, vel alio quovis decore ornata, et quælibet preciosa libenter in ecclesijs nris, ad maiorem divini numinis cultum admittimus, nec paupertati nræ adversari declaramus. In ornamētis ne sculpāt insignia absque Consultorum conserv.

6 Cæterum secularibus ne facile, neque absque sup.is licentia, suorumque consultorum consensu, concedatur, ut in sacris indumentis, sacris ve vasijs, sua insignia insuant, aut quomodolibet insculpant.

7 Sed vero ecclesiæ, sacella, et genus omne sacrarum ædium secularibus construenda, vel ornanda concedi poterunt, non tamen sine capli localis, et Præpositi Prov.lis, suorumque Assistentium voto; et si in eis insignia, et inscriptiones indere velint; ea quidem ab ijsdem Patribus ante probata, et modesta permittantur. Illud autem cavendum, ne perpetuum, graveque onus nobis imponere sinantur; q.d quidem numquam admitti poterit, nisi ob vehementem aliquam insignis personæ rationem, et reprius mature considerata, et sedulo discussa, ac definita, ex consensu duarum partium capituli localis illius domus, ubi fundandum est sacellum, aut imponendum est onus, et ex consensu etiam Præp.ti Prov.lis, suorumque Assistentium.

Cap. 13.

1 De 3o. mediorum genere, q.d continet ea, quæ immediate ad nos ipsos ordinamur.

1 Præscriptis iam, quæ immediate ad Deum, eiusque cultum nos dirigunt, ea modo se offerunt, quibus immediate ad nos ipsos ordinari valeamus, cuiusmo.di sunt communis, aut regularis ratio, victus, et vestitus, maceratio carnis,

carnis, pęnitentiarum usus; silentij cultus, modestię virtus, charitas ad invicem, et id genus alia, in quibus sane Religiosę disciplinę robur maxime consistit; ut merito admittendum sit, ne contra ea abusus aliquis paulatim irrepat; sed sigillatim de his omnibus persequentia cap. agamus.

Cap. 14.

De regulari victus, et vestitus, et aliorum, quę ad corpus attinent, ratione.

1 Inprimis a ratione victus incipientes, decernimus, ut omnino in communi, et de communi sit omnium nrum victus; ideo in singulis nris domibus, Locus communis, communi mensa, deputandus erit: sed et duplex mensa successive una post aliam instituatur, oportet, ut qui a prima abfuerit, secundę intersit, ad 1am. tamen omnes (una simul) adire conentur, nec nisi iustas ob causas, et de sup. licent. quisquam abest, qui vero legitime detentus, 1. interesse non potuit, ad alteram statim accedat.

2 Porro utriusque mensę eadem sit structura, idem in unaquaque ciborum ferculorum numerus, et ratio, nec ad eas poterit quis ciborum aliquid, l, secum ferre, l, sibi ferendum curare, aut etiam quidquam, pręter id, quod apponitur, requirere; omnes vero dum comedunt oculos a circumspect. et linguam a locut. cohibeant, silentium enim eo Loco, etiam recreat. tpe tum in 1a, tum in 2a mensa, a cunctis exactissime observandum indicimus, et sup. ipse (siquid interim ei occurrat) l, signo, l, submissa voce utatur.

3 Prima autem mensa sacra lect. condiatur, quam omnes in silentio, et attente auscultent, ut sues sit animę, quo nutriatur, cibus; in cuius initio aliquid ex scriptura sacra legatur; alius deinde prius, et probatus liber latini sermonis; postmodum devotus alter vernaculę linguę: sed et lectoris errata, si quę intervenerint, emendentur, ab eo nimirum, qui ad id fuerit a sup. designatus: quocirca

sacerdos

sacerdos aliquis in secundo gradu constitutus, idoneus in ad ea corrigenda deputetur; cui etiam, ut in eius absentia hoc ipso munere perfungatur, sacerdos alius idoneus eiusdem etiam gradus adiungatur, qui tamen si I.ª mensæ simul adsint, antiquior in corrigendo præcedat; denique librorum, qui ad mensam sunt legendi, catalogus a capitulo Provinciali semel fiat; quem ubique retinendum nemini variare licebit. Libri legendi in mēsa a Capitulo Prov.li Deputentur.

4 Iamvero a prima mensa, antequam fuerit ab omnibus simul expleta, nemo prorsus quocumque prætextu abscedat, et sup.ris erit vigilanter intendere, ne aliquis in hac parte abusus irrepat; volumus enim ut omnes simul comedentes, simul a mensa egrediantur, quod si tamen urgens aliqua ratio, vel neccesitas, quæ differri non posit, quempiam prius egredi compellat, is quidem ab eo, qui præest, licentiam, et flexis genibus benedictionem exposcat. sed in fine tandem signo a præside dato, simul omnes surgentes, devote ibidem gratias demorea agant, et lotis cum modestia manibus, in chorum, vel, in ecclesiam, aut in oratorium cum silentio abeant, et quod sup.ra cap.º 11.º §§ 1.º et 2.º de conscientiæ examine, et gratiarum act.e, et pro benefactoribus obsecrat.e præscripsimus; ibi expleant congregati. Præcipue vero meminerint pro ijs in specie benefactoribus orare, quos sabato in mēsa recitatos audierint, eo enim die volumus, ut eleemosinæ receptæ, per hebdomadam, in refect.º a lectore absoluta lectione recitentur.

5 Extra communem mensam comedere nemini omnino liceat, ægrotis tantum exceptis, quibus in cellulis comedere sit necesse; contionatoribus item, quibus in cubiculo comedendi facultatem concedimus, in quadragessima quidem toto illo tempis cursu, in alijs vero temporibus, non nisi mane, si matutina, et non nisi vespere, si vespertina contio habeatur, si vero continuatis diebus extra tempus quadragessimæ prædicabitur, illis ipsis diebus, tum mane, tum vespere in cubiculo comedere contionatori licebit.

6 In domibus sæcularium, sive intra urbem, sive in eius suburbijs, aut ruri degentium, nobis comedere non licebit, sed cum eos quis nostrum inviserit, evitat domū. C. G. 9. D. 4. f. 19. C. G. 13. D. 19. f. 67.

domum ad horam refectionis reverti; quod si id fieri nequeat, antequam domum discedat, comedendi foris facultatem a sup.e petat, et habeat: si autem accidat, quod ægroti, quem aliquis nrum visitaverit, adeo ingravescat infirmitas, ut eum pene extremo spiritu cōflictantem deserere non videatur æquum, huiusmodi legitimum impedimentum, sup.i (si fieri potest) quamprimum nuntietur, ut ab eo comedendi, ac etiam (si opus fuerit) pernoctandi apud sæculares, facultas fiat, sin minus, statim ac domum redibimus, rem omnem superiori aperiemus. Idem dictum sit, si quando ab aliquo Episcopo, l. nuntio, l. etiã cardinali, aut in proprijs locis a Dñis ipsis locorum, sive insuper a viro aliquo religioso in monast.o secum vesci coacti fuerimus, hos tñ solos ad id invitare, et urgere nos posse, decernimus.

7 Sed iam a ratione victus, ad vestitum transeamus, qui sane in universũ clericalis erit, q.d quidem clerici sumus; exterioribus autem non solum, sed interioribus etiam complectitur indumentis, et exteriora quidem tam pro clericis, quam pro laicis erunt, tunica, domestica toga, et pallium, pallium quidẽ quo foris exeũtes, domestica toga, qua domi existentes utemur.

C.G. 8. D. 2. f.13. 8 Proinde quod attinet ad materiam eiusdem indumenti exterioris, cum deceat minores clericos, et paupertatem professos honestum quidem indum.tum

C.G. 9. D. 5. f. 49. vile tñ, et rude, exteriores vestes ex panno nigri coloris, vili, et rudi conficiant;

C.G. 10. D. 39 f.50. et in nra quidem domo Neapolitana sint e sassanensi panno, quo a principio

C.G. 11 D. 2. f.53. nræ Relig.is usi sumus, ut rudẽ, et vilẽ ibi existimatur. In reliquis vero Regionibus, et Provintijs ubicumq nri instituti domicilia erunt, cum prædictus pãnus sassanensis commode haberi non possit; ex eo panno nigri, etiam coloris conficiantur, qui in vilitate, et ruditate (Capli Prou.lis arbitratu) sassanensi eidem omnino similis existat. Illud etiam volumus, ut eodem panno per hyemẽ, et per æstatem nri utantur; et cum semel Prou.lis capli decreto fuerit designatus, semper in eadem prou.a illemet retineatur, nec aliqua possit a quovis alio provintiali caplo, designatio fieri, sine consensu Gen.lis Capli; id q decretum adeo

ratum-

ratum, et firmum sit, ut a nemine quavis rat.e, l. praetextu mutari, alte=
rari, aut dispensari possit.

9 Porro q.d attinet ad formam, decernimus, ut exterior vestitus, simplex sit, munditia sola decorus, et talis, qui semper moderat.ius et paupertatis nos ad=moneat; sed vero tunicam clerici, et sacerdotes talarem, laici vero supra talum decurtatam gerant, non erit aperta ante, nisi duntaxat ab infima pectoris parte, adusq. collare, per totum, fibulis alliganda, alia pars adusq. pedes undiq. sit conclusa; eius autem manicarum, quibus brachia conteguntur, extrema latitudo, quae prope manum est in girum, non sit minor, nec maior unius latitudine palmi cum dimidio.

10 Domestica toga pro clericis quidem tallaris etiam, sit aperta tamen ante per totum, fibula in collari subliganda; et manicas eodem modo, quo tunica habeat, quibus sane ad libitum brachia convestire, l. eas pendentes gestare licebit; et ad libitum etiam eam praecinctam, l. non praecinctam ferre quisq. poterit; pro laicis vero domestica toga manicas decurtatas, quae tribus digitis a cubitu distent, et collare etiam non erectum, sed supra ipsamet cadens, habeat; quam insuper volumus, ut eodem tunicae cingulo coriaceo praecinctam ferant; eiusque manicas brachia induant; denique q.d ad pallium attinet, illud quidem ad talum usque protendatur.

11 Sed et cingulo coriaceo nigri coloris, tunicam ad corpus contrahemus, huius enim cinguli usum familiarem fuisse ipsis D.ni discipulis Basilius pluribus demonstrat; ad amiciendum caput viretis utantur clerici, in crucis figura efformatis, laici vero rotundam pileolam ex eodem panno tunicae confectam gestabunt; hi tamen cum domo egrediuntur petasum gerant, quo etiam clerici exeuntes ad libitum utentur. Postremo sive foris, sive domi constituti clerici in huiusmodi vestitus rat.e unitatem observent, adeo, ut eiusdem generis, et formae vestibus utantur omnes, ne discrimen inter eos aliquod inesse videat., hoc idem laici inter se observent.

Sed

Sed vlterius indumenta interiora praescribentes, ea quidem pretio, et forma, honestatem simul, et paupertatem redoleant, lineis subuculis, lineisque femoralibus vtemur omnes, ac ijs etiam alijs interioribus indumentis, e panno, lino, pelle, aut etiam gossypio confectis, quae cuique opus erunt, habita indigentiae personarum, ac diuersorum temporum, et regionum ratione; quae autem ex pelle conficientur indumenta, ea parui pretij esse volumus. Porro subuculae collare, supracollare, tunicae nequaquam extra latum praefficietur, sed et tibialia geremus, quae sint e panno nigri coloris; calceis, et crepidis vtemur, numquam vero chyrothecis, quae tamen, sed simplices iter agentibus permittantur. Denique vestes omnes lineae in communi vestiario conseruentur, atque inde cuique sup.us arbitratu vtendae distribuentur: serici nihil sit apud nos, nec in vestitu, nec in lectis.

C.G.9.D.2. pro Prov.a Hisp.e f.29.

12 Iam vero alia, quae ad corpus attinent, prosequentes, ad cubandum lectis vtemur, simplicibus quidem, et frugalibus, non affabre, et curiose factis sine conopeo, sine ornatu (ut supra etiam in cap.te de paupertate praescripsimus) assumendis vero non ad otium, et socordiam, sed ad necessariam corp.is quietem, nullus sine indusiis iacere audeat: Illud etiam clerici, et laici, sicut et sacerdotes primigradus pium tamquam institutum obseruent, ut scilicet vesp.e post conscientiae examen (antequam cubitum eant) benedictionem flexis genibus a sup.e exposcant.

+ aut ulla re consimili,

13 Barbam nemo radat, nemo decurtatam gerat, nemo 2, nimis longam, vel nimis latam nutriat; sed in tantum pili demittantur, ut in demiss.e mediocritas quaedam obseruari videatur; regionum tamen diuersa rat.o, diuersus que ritus, vbique seruetur.

C.G.10.D.5.f.35.

14 Ad vultum, et manus abluendas, et detergendas, quisque habeat mappam lineam, et catinum fictilem, ac rudem, pectinemque quoque vnum ligneum, aut osseum, non tamen eburneum, odoratum autem saponem, specula, et huiusmodi delicias nostros Relig.os nequaquam decere, nemo est, qui non intelligat, quo circa nihil horum apud se quisque habeat.

15 Denique inter ea, quae ad corpus attinent, honesta animi remissio, seu recreatio occurrit,

occurrit, quam quidem in rebus amplectendam esse censemus; nam expedit interdum (ut ex Cassiano habemus) parua, et breui laxat.ᵉ animum oblectare, ut postmodum ad virtutum labores, vegetior exurgat; et plerumq (ut Mag.ᵘˢ Greg.ᵘˢ ait) virtus dum in discrete tenetur, amittitur; dum discrete intermittitur, plus tenetur. Ergo sanctorum vestigijs inhaerendo quinto decimo die, (excepto aduentus, et quadragessimae tempore) domi, l; ruri communis recreatio fiat, quae quidem ab ipsa hora prandij sumat initium, eritq mensa tum mane, tum vespere aliquanto frugalior; quo etiam die mutuis colloquijs, honestis oblectationibus, iucundis canticis, ac iocis, quae Relig.ᵒˢ viros decent, animum leuent; ita tñ ut scurrilitas, dicacitas, et manuum licentia prorsus absint. Proinde semel in hebdomada, foras recreandi animi causa communiter deambulent, hyeme post prandium; aestatis tpe mane; reuertantur autem mane ante prandium; vesp.ᵉ ante solis ocasum: sed sibè ad deambulationem, siue ad habendam ruri communem recreationem egrediamur, semper domi aliqui remaneant, qui secularibus accurrentibus praesto sint, qui eorum, confessionib. excipiendis, qui infirmis, qui alijs munijs obeundis, incumbant. C.G.8.d.5.f.14.

16 Sed et quotidie statim post prandium, omnes simul in designato loco conueniant, nec quisquam abeat, aut inde abscedat, sine sup.ʳⁱˢ licentia, ibiq vnius horae spatium modesta, et religiosa animi remissione transigant; idem vesp.ᵉ seruetur, sed aestiuo tempore post caenam: Hyemali vero congruo interualli spatio, ante solis ocassum. idem.

17 Postremo illud omnibus curae sit, vt in singulis quibusq recreationibus naturae subsidium capiat, et spiritus detrimentum non patiatur, atq (ut D. Ambrosius admonet) caueamus, ne dum relaxare animum volumus, solvamus omnem harmoniam, quasi concentum quendam bonorum operum.

Cap. 15. de carnis macerat.ᵉ mortificationum, et exertitijs, ac paenitentiarum vsu.

Relig=

1 Religiosę vitę sanctitas, cum spirituali carnis, et affectuum morte ennuntiata subsistat, iure, ac merito sancti viri suspendium in Xpi cruce, et mortem eligentes, carnem ibi cum vitijs, et concupiscentijs suis magnanimo corde figebant; id quod precipue nobis in Minorisstatu constitutis incumbit, ne maiorum institutum deserentes, sceleris arguamur.

2 Ergo mortificationem Dni Iesu in corpore nro circumferentes; in primis ieiunij, et abstinentię rigore carnem edomamus, quo circa preter ieiunia, quę cunctis fidelibus Romana indicit ecclesia; hęc alia a nobis observanda decernimus: ieiunium aduentus Dni, dum domi morabimur; ferię sextę per totum anni circulum, nisi fuerit pridie celebratum, festum natalis Dni, sed etiam fuerit pridie ieiunatum, aut die postero ieiunandum: 2.e item et 3.e ferię ante cineres; sed et 2.a et quartis ferijs totius anni in nulla nra Domo, sive Novitiorum, sive studiorum, sive exercitiorum, sive recessus, carnibus ullo modo vescamur, excipimus feriam 2.am Paschę, et Penthecostes, et festum natiuit. Dni, et Epiphanię, si 2.a, et 4.a feria incidant; itemque secundam illam, et 4.am feriam, quę post diem natalis Dni immediate sequetur.

C.G. 8 D.4. f14.

C.G. 20 D.6. f35

3 Proinde autem varijs adhuc divexationibus carnem macerantes, corporales has per circulum afflictiones eligimus, nimirum ut singulis diebus (festis tamen ijs exceptis, quos ecclesię precepto celebramus) sit unus ex nris, qui ab omni cibo ieiunet, solo pane vescatur, sitim aqua, vel, sup.s consensu, vino modico sedet, alius autem[+], qui autem ieiunabit, ex ea quam sibi subtrahit cibi, potusque portione, pauperem aliquem (de licentia tn sup.i) ad fores domus reficiat; ut fiat refectio pauperis, abstinentia ieiunantis; eundem vero, quem cibo aluerit, christiana doctrina inbuere studeat.

+ cilicio carnem vexet, alius flagris secedat.

4 Ceterum in collegijs hę circulares penitentię non omnes singulis diebus fiant, sed singulę in singulos dies; id quod etiam observetur in alijs nris domibus, quas sufficiens Religiosorum numerus non habitauerit, qui quidem numerus ad singulas penitentias in singulos dies peragendas, quando namque sufficiens erit,

sufficiens erit, l. non; Prouli erit, voto adhibito Assistentium diiudicare; ab ipsis tn̄ res hęc de suffitientia numeri, quolibet semestri in consultat.em vocet.

5 Ad hęc singulis sextis ferijs in vna quaq domo communis flagelatio (quā disciplinam vocant) intra ecclesiam vesp.e celebretur; de cuius ritu, et formula, in nr̄o de ritibus libello disseritur. Sed et sanctorum exemplo secretarum etiam pęnitentiarum vsum amplectentes, cohortamur omnes, ut habita prius a sup.re l. a prop.o confess.o licentia, quando peculiaribus pęnitentijs se ipsos divexare non negligant, talis q vsus promouendus sedulo erit; macerato enim impensius corp.e, anima purius deo vacabit.

6 Deniq ad mortificationum exercitia, antiqua sanctorum, de in obseruātijs publice profitendis, ac pęnitentijs iniungendis, institutio spectat, qua rarę regularis vitę status sub disciplina continetur, et omni tp̄e viget illęsus; ergo ita inter nos hęc culparum publica confessio instituatur, ut quoties quis negligenter quidpiam ~~quid~~ fecerit, l. aliud, quod contra leges nr̄as excesserit, in Refector.o medio ad refectionis initium, se palam flexis genibus, clara voce sup.i accuset, et pęnam, quam ipse iniunxerit, sponte subeat.

7 Illud etiam laudabilem morem valde probamus, et amplectimur, qualis nimirum est mortificationum in eodem Refectorij loco, flexis genib., ad refectionis initium petitio; cui ut libenter omnes incumbant, exhortamur, sic enim dum corpus reficitur, perficitur anima morte, qua viuit.

Cap. 16.

De silentio obseru.do, otiosit.e et vagat.e vitanda.

1 Pręcipuum Relig.is munimen, ac regularis disciplinę ars tutissima silentij cultus semper extitit; quem ideo antiqui patres inter potissima sanctitatis pręcepta posuere, eiq summo studio inhęsere; quare et nos, ut tanti ponderis virtutem, hoc etiam affectu prosequamur, ~~fr.~~ omnib. silentium indicimus.

2 Et primo quidem in his locis, nempe in choro, in ecclesia, sacrario, Bibliotecha,

Locis

Locis communibus, ante cellas, in operibus communibus obeundis, ad mensam, et denique, cum extra recreat.is horas, erit, causa frigoris, accedendum ad ignem, semper sileatur; quod si necesse sit, verbum aliquod proferre, voce submissa loquantur.

2 Sed strictius ubique silentij lex observanda erit, his praecipue horis, nempe vespere a solis occasu, signo dato usque mane ad solis ortum, Itidem in aestate post prandium, dato quietis signo, usque ad orationem meridianam expletam: hisque horis occasiones loquendi omnimoda.te praecidantur, et s, in cubiculis, s, in ecclesia &c., ut par est devote, et quiete vacetur, reliquo autem diei tempore, licebit quidem, cum necesitas exiget, brevem paucissimis verbis expediendum sermonem proferre, longior vero semper vitetur, nisi sup.or concesserit; elatam porro vocem omni tempore, quisque devitet, utamur vero non alia quam submissa, humili, et audientibus attemperata.

3 Proinde conversationes, confabulationes, vaniloquia, et id genus alia, semper ubique ab omnibus caveantur, turpe enim est Religiosum virum, cuius conversat.o in cellis est, temporis, s, minimum spatium humanis conversationibus, sic frustra conterere, sat sit ad animi remissionem communis recreatio, quae statis horis habenda est.

4 Sed ne his malis involuamur, vitanda cuique, per domum evagatio, vitanda otiositas, quae cellae fastidium ingenerat, ~~et~~ animum ad conversationem impellit, Sup.us autem erit, sic otiosos per domum vagantes, et inanes miscentes sermones, ac tempore abutentes coercere. Vitandus quoque, ad mayorem silentij cultum, et conversationes arcendas, in alium cubiculum ingressus, quiquidem omnimode, et omni aliaratione prohibitus intelligatur, nec ei alicui sine sup.is licentia licebit, et qui secus fecerit puniatur, verum in infirmi cubiculum, ut intret quis, sufficiat semel (eadem aegritudine durante) licentiam habuisse, idquod etiam de ingressu in concionatoris cubiculum, eodem tempore, quo in quadragesima, et in reliquis temporibus, ~~[illegible]~~ quotidie habebit concionem, intelligatur; dummodo non plures, quam tres, aut quatuor simul ibi conveniant, In ipsius autem superi.is cellas,

Sicut et

sicut et vicarij (quam semper, ipsis præsentibus cuique ingredi licebit) nemo sit, qui ipsis absentibus intrare audeat.

5 Tandem silentij lex hac etiam ratione, inter professos, et nouitios seruanda præscribitur, ut qui professi extra nouitiatum degunt, nullo modo eos colloquantur, neque cum eis conuersentur, etiam recreationis tempore; nec illi quidem, qui ipsorum ante confessiones exceperint, qui que ut ingrederentur, bonam dederunt operam, aut aliqua cum eis patriæ, vel sanguinis propinquitate sint coniuncti.

Cap. 17.

De modestia exteriori.

1 Modestiæ virtus, quæ ex præcipuo munere exterioris hominis compositionem dirigit, eiusque motus moderate disponit, sic diligenti studio ab omnibus excollenda erit, ut in ea totius religionis decus, et ornamentum refulgeat, quare et in se ipsis, et erga alios eam exacte seruabunt.

2 In se ipsis quidem ea ratione, ut omnes motus, qui affectationem, et animi remissionem, aut etiam elationem præseferunt, in incessu, in gestu, in sessione, in locutione, et huiusmodi alijs quam maxime deuitentur, præsertim vero in publicis functionibus, (in quibus Deo, et hominibus spectaculum fiunt) caueant, ne vel gestus, vel motus aliquis talis sit, qui ædificationem apud omnes non pariat.

3 Erga alios vero, sic quisque modeste se gerat, ut nec dissolutione, nec rusticitate eos offendat, despectionis actus, verborum contentiones, actionum importunitates, vultus asperitates, et id genus alia abrint animis: facilitate autem ad consentiendum alijs, comitate ad temperandum se omnibus, promptitudine ad se honore præueniendos, præcellere, pia æmulatione conentur: Inuicem se loco cedere, maioribus assurgere obsequij signa omnibus exhibere, omni tempore consuescant.

4 Reliqua ad urbanitatem, et modestiam spectantia, non sunt hoc loco in particulari præscribenda, sed omnibus in illud incumbit, ut quas, Nouitiatus tempore, modestiæ regulas didicerunt, eas obliuioni non tradant, sed pari diligentia seruent.

Ca.

Cap. 18.

De charit.e inuicē habenda, et vniformit.e seruāda.

1 Communis viuendi ratio, qua regulares viri, vnius moris cohabitantes in domo, vnum corpus, in vna spe vocationis, efficiuntur, vno tn̄ charit.is vinculo copulata subsistit. quod quidem ne aliquo modo disoluatur, ea omnia quisq deuitet, quę l, minimam fatri molestiam parere possunt.

2 De alterius nat.e vel patria, nemo quidem sinistre loquatur, aut alio modo sinistre sentire demonstret, immo iji ipsis extraneę nationis fratribus, pręcipua signa exhibere dilectionis, quisq nitatur.

3 Ne vero, l, minima violandi charitatis detur occasio, nemo in alterius offi=tium se temere ingerat; nemo ex offitinis, sine consensu eorum, quorumcunq demandatę sunt, l, sine sup.is licentia aliquid accipere possit; qua etiam ratione in alterius cubiculum, siue is pręsens sit, siue absens, nullus ingrediatur, aut inde aliquid absq facultate sup.is accipiat, grauiss.e (si contra fecerit) puniēdq.

4 Pręterea sup.is auctoritatem in alios sibi sumere, eosq iubere, aut obiurgare, nemini liceat, quin potius vnanimi consensu sup.e se inuicem arbitrantes, inuicem sibi obsequia pręstent, inuicem se orationibq adiuuent, ac vicissim alterius ministet offitijs quisq nitatur, exemplo Xp̄i D̄ni, qui de seipso ait, veni ministrare, non ministrari, fraternę tn̄ correct.is iura, pię, sęper obseruēt.

5 Sed tandem quia vniformitate gaudet charitas, et per eam strictius copulatur, enitendum nobis erit, ut solicite seruemus vnitatem spiritus in vinculo pacis, adeo (ut quo ad eius fieri poterit) iuxta Apostoli monitum, idem sentiamus, idem sapiamus omnes, eiusdemq moris simus, et videamur vnanimes, et ea propter in choro, in mensa, in victu, vestitu, cubiculo, doctrina, et huiusmodi alijs, diuersitas euitetur, et personarum acceptio arceatur, et potius vniformitas, et ęqualitas ita elucescant, ut communiter communia ~~onera~~ + onera subeantur; communiter communia exercitia assistent; quamuis habenda

semper

semper sit, valetudinis, status, offitij ac munerum ratio, id quod considerare superioris erit, qui prudenti discret.e q; cuique conuenient, coaptabit.

Cap. 19.

De charitatis munere erga infirmos, ac defunctos fratres..

Inter præcipua charitatis munia, qq inuicem copulati, inuicem sub leuamur, præcellens, et merito commendatur illud, quod infirmis, et defunctis exhibetur, et id ipsum oportet, ut inter nros feruenti studio exerceatur. Quare q.d attinet ad infirmos, sic eorum curat.i intendatur, ut vere pateat, charitatē ipsam hoc minist.o fungi; sed idcirco locus vnus aptus, et idoneus, officinis, ac supellectili commode aptatus, pro valetudinario in singulis nris domib, cōstituatur, in quo Religiosus quisq curetur; infirmarius item charit.e præditus, qui (ubi fieri potest) sacerdos sit, infirmorum curæ præfitiatur, cui etiam, vnus, l, plures alij clerici, l, Laici coadiutores adiungantur, ut labores facilius portentur, et ægroti diligentius curentur; Medicus insuper vnus comm.is omnibus a sup.e eligatur, non tm alius sine eius licent.a adhibendus erit.

Proinde cum nrum quis ægrotauerit, siue sacerdos fuerit, siue clericus, siue laicus, caueat, ne quid ad sui curationem intentet, aut medicum vocet inscio sup.e, et infirmario, sed et ipsé potius infirmario suam statim denuntiare tenētur infirmitatem, quam semel atq intelligat, infirmarius, ægrotum verbis, et ope alleuet, et si censeat, rem esse alicuius momenti, superiorem admoneat, ac de eius licent.a medicus aduocetur, ægrotum autem e sua cella in valetudinarium, siue ducat, siue asportandum curet, ibiq.o eius curat.i diligenter inuigilet iux.ta sui offitij regulas. C. G. 9. D. 19. f. 26.

Porro sup.i incumbet, ut infirmi potissimum blande, et cum charitate tractentur, eos inuisset ipse, l, quotidie, l, alternis saltem diebus, moneat, ut

initio

initio morbi confiteantur, curet, ut pro illis quotidie a nostris fundantur preces, caueat, ne se parcum in expensis exhibeat, imo potius (ut infirmi curentur) effusa charitate largum se prestare debebit, etsi pignori aliquid tradere necesse foret, l. quouis alio modo cum dispendio prouidere, sed et vic. presertim curę sit, quotidie intendere, an quidquam infirmis desit, et an recte suum infirmarius obeat munus.

Cęteri autem Religiosi, pia ęmulat.e contendentes, ęgrotum (quo poterit, quisque modo) adiuuare nitantur, precipue apud Deum precibus; ei vero ministrare (quando opus erit) non recusent; ita tamen ad eum inuisendum accedant, ut non plures tribus (infirmario, et socijs demptis) conueniant, sed et qui conuenerint, ne longius, quam par est, sermonem protrahant, aut inutilia verba profundant, sed solummodo proferant, quę ęgrotum in Domino consolentur.

Prętera vero ęgroti partes erunt, infirmitatis onus patienter ferre, infirmario, ac medico libenter obedire, sui ipsius curam sup.i eiusque ministris tradere, a quęrelis animum cohibere, et intima cordis resignat.e donum Dei infirmitatem, non minus quam sanitatem existimare.

Ad hęc si naturalibus balneis, l. aeris, locique mutat.e ęgrotus de medicis sent.a indigere videatur, id quidem concedatur, sed tamen de Prouincialis licentia, qua habita, bene comitatus proficiscatur ęgrotus; si vrgeat necesitas sup.or de consultorum voto licentiam dabit, tum Prouincialis certior fiet.

Iam vero de spirituali ęgroti salute, illud precipue decernimus, ut in lectulo decumbenti, sanctissimum Eucharistię sacramentum saltem oct.o quoque die, quam decentiss.e deferatur, ingrauescente vero ęgritudine, sedulo curent sup.or et infirmarius, ut ei sacramenta omnia mature, et antequam iuditij vsum amittat, ministrentur, tum vero adsint ęgroto, cum morbo conflictanti, eumque pie, et leniter ad tollerantiam, et crucifixi imitationem, ad cęlestium rerum desiderium, mundique contemptum adhortentur; id ipsum vicissim agant (quando opus erit,) alij Religiosi; postremo vero ad moribundum, et extremo spu

mo spiritu faticentem, signo dato, conueniant omnes, et migrantem animam, alij pijs monitis contra insurgentes tentat.es roborent; psalmis, et orationibus alij prosequantur.

Quoniam autem (ut dicit Apostolus) vera charitas numquam excidit, id circo si viuentes fratres ope, et veritate diligere præcipimur, æquum est, ut in eosdem vita mortali, et laboribus functos, dilectionem exhibere, numquam cessemus. Cum primum igitur quis suum spiritum exhalauerit, abluatur cadauer; mox decenter sua quisque veste induatur, clericus clericali, laicus vero, qua laicis conuenit, tunc infirmarius vna cum adiutore curet, ut spatio diei naturalis in cubiculo aliquo, vel sacello, custode adhibito, obseruetur; nisi citius ob fetum odorem, sepulturæ mandandum videretur; oportuno vero tempore, deferatur in ecclesiam, funus, offitium defunctorum integrum solemniter in choro cantetur, missa solemnis, ac sepulturæ offitium, ad nostri ritualis præscriptum celebrentur, constituenda autem erit, in choro, vel in sacrario, vel in alio quouis decenti loco sepultura vna pro nostris, in qua externi alij, sine graui ratione, et sine Prouintialis, suorumque Assistentium licentia, sepelliri nullatenus possit.

Proinde singuli sacerdotes pro fratre iam defuncto missæ sacrifitium sex vicibus offerant, singuli clerici sexties offitium defunctorum recitent integrum, singuli item laici sex B.æ M.æ coronas.

Sed et defuncti obitus in peculiari libro conscribatur, et cæteris, et singulis eiusdem prouintiæ domibus nuntietur, in earum qualibet integrum defunctorum offitium, in choro, ac missa solemnis, necnon et preces iuxta tumulum in ecclesia collocatum solemniter persoluant; tum vero sacerdotes singuli eiusdem prouintiæ pro eius anima ter sacrificent, atque ter offitium defunctorum integrum quisque clericus dicat, et ter insuper quilibet laicus Beatæ M.æ semper Virginis coronam. C. G. 8. D. 12. f. 17. C. G. 10. D. 31. f. 48.

Si quis tamen iter agendo moriatur, ea domus pro cuius rebus agendis profectus fuerat; vel, si pro alicuius domus vtilitate non fuerit iter arreptum, ea saltem

domus

domus, cui assignatus eo t̃pe erat, perinde ei offitium, missasq̃ persoluat, ac si ibi mortuus esset. Pro P.e autem Genli defuncto omnes totius ordinis, et pro Patre Prouli suę tantum prouintię domus idem faciant, quod eadomq;, in qua quisq̃ nostrum moritur.

Cęterum alijsquoq̃ suffragijs, ut nros defunctos prosequamur, completę charitatis affectus iure exposcit; ideoq̃ singulis menibus in singulis nris domibus vesperę, et offitium defunctorium cum vno nocturno in choro simul dicantur, et missa solemnis celebretur, pro ijs omnb9 in vniuersum, qui ex nrõ ordine fuerint, ad eam diem defuncti; et pro eisdem omnibus, singulis menib9 sacerdotes semel sacrificent, ac semel clerici offitium defunctorum, et laici coronam B.e M.e recitent: Singulis vero annis tertio nonas Nouembris pro ipsismet in vniuersum, offitium defunctorum integrum in choro, et missa solemnis, ac ad tumulum preces in qualibet nrã domo celebrentur.

Sed tandem ex eodem charitatis affectu, in obitu communis omnium P.ris, summi scilicet Pontificis, integrum in choro defunctorum offitium, ac missa solemnis, et ad tumulum preces persoluantur; idem fiat in ea ciuitate, vbi eiusdem Episcopus obierit.

Cap. 20.

De ratione domo egrediendi, ac iter agendi, nec non, et nros hospites excipiendi.

Statuenda erit in singulis nris domibus ianua vna, per quam omnes, quã opus erit, egrediantur, et ingrediantur, nec alia alicui, q.m ipsa consueta ianua egredi, l, ingredi licebit. Ad eam ianitor deputabitur, vir maximę charitatis, et modestię, morumq̃ integritate conspicuus; in magnis v.o domibus duo ianitores designentur, vnus, qui prope ianuam, alter, qui Religiosos, cum opus erit, ad eam aduocet.

Sed et semper sit clausa, eo solum t̃pe aperiatur, quo quis egrediatur, l, ingrediatur

ingrediatur; claue vna obseretur, quam interdiu ianitor habeat, nocte superiori consignetur, nec alia cęteris permitti debebit; ibidem tintinabulū sit ad ianitorem conuocandum; tabella item, in qua Religiosorum in ea domo degentium, nomina sint descripta.

Cęterum domo, sine causa, et sine sup.is licentia singulis vicibus impetrata, ac sine comite (quem sup.or ipse pręfiget) nemo egrediatur; quamuis fratres Laici (si sic sup.i videbitur) incomitati egredi possint, non tn̄ cum ad Eleemosynas petendas, l, ob commoda propia egrediuntur; in his enim casibus, omnino comitati incedent. Benedictionem insuper, antequam domo exeat, quisq flexis genibus a sup.e petat, in quauis domus parte is extiterit, nisi in ecclesia sit, in qua duntaxat licentiam petisse satis erit, eidem q.d quis foris acturus sit, quo ue iturus significet. Absente vero sup.e nemini detur egrediendi facultas, quam sup.or ipse ante non concesserit; si necessitas contra postulauerit, dari quidem poterit facultas, ab eo, qui sup.is loco pręest, res tn̄ sup.i redeunti palam fiet. C.G.L.O.§.38. f.50.

Proinde qui egredi debet, pallio indutus, et breui ad Deum in designato Loco prope ianuam domus, oratione pręmissa, inuertat sui nominis tabellam, et cū dato ibi comite egrediatur; ambo vero (ut ęquum est) in incessu modestiā, et sensuum custodiam seruent, vna semper incedant; festinationem, accelerem motum, brachiorum ventilationem, et immodestos alios actus deuitent, et cum domo redierint (oratione ibidem facta) benedictionem pari modo petant, et siquid noui in via contigerit, quod sup.i prius, antequam exirent, significatum non fuerit, domum reuersi significent.

Iam vero nemini nrūm Rheda per vrbem vehi vnquam, aut cum quoq.m Liceat, nisi a sup.e facultas fiat, quę tamen raro, nec sine graui ratione concedatur, et tunc Rhedę velis demissis incedatur; quod si forte accidat, quempiam nrūm a S. R. E. Cardinalibus, aut sedis Apostolicę Nuntijs, siue a proprio ciuitatis Episcopo, ut secum Rhedam conscendat, inuitari, tunc si nullus erit, excusationis locus obediatur.

denique

Deniq. extra domum in eadem ciuitate pernoctare sine urgente necessitate, et sine sup.i licentia, nemo omnino poterit, quamuis (si rationabilis causa subsit) poterit sup.r cuipiam ex nris ruri commorandi, ibiq. pernoctandi, ad unam quidem noctem, absq. aliorum voto, ad plures vero de consultorum consensu, licentiā dare; socio tn ei adhibito, qui sacerdos sit, ubi simplex clericus associandus erit; sed etsi nostrum ad aliquem ruri, l. alibi commorantem egrotum, quis inuisendū adierit, secum ne pernoctet, sed domum vesp.e reuertatur, nisi loci longinquitas id prohibeat; in quo tn casu (cum scilicet praequideri post) habeatur ante discessū pernoctandi facultas, quam quidem eodem modo, ad unam scilicet noctem, e solo, ad plures de consultorum placito, sup.r concedere potest; nocte exeundi nemini detur licentia, nisi grauis urgeat proximi necessitas.

Porro vesp.e claudentur fores, hac tamen ratione, ut ianitor eas cum alio comite a sup.e deputando claudat, et claues ad superiorem ipsum deferantur, et apud eum maneant, tota nocte, adq. hec de domo egredientibus.

C. G. 9. d. 13 f. 24. Modo ad iter agendi rationem transeamus, et inprimis in aliam ciuitatē l. regionem, in qua opus sit pernoctare, nemo proficiscatur, absq. Proulis facultate; si vero urgebit necessitas, de sup.i, et consultorum, ac etiam visitationis tempore, de visitatorum licent.a proficiscatur; tum P.r Proulis fiat certior, Caeterum ex una prouincia in aliam commigrandi, ut quis ibi velut assignatus conuiuat, facultas a solo Genli expectetur; negotiorum vero causa, satis erit, utriusq. Proulis licentia. deniq. longinque regionis iter, (ad q.d accipiendum, quoties ei fuerit a Genli iniunctū, se quisq. paratum exhibeat) praeter Genlem ipsū, nemo

C. G. 7. d. 11. f. 6. alius sup.r ingiungere poterit; quinimo nec Genlis sine Assistentium voto id poterit, si a profecturo Religioso, de eo itinere, requisitus non fuerit in scriptis propia manu.

Porro nemo quisquam in aliam ciuitatem, l. regionem pernoctaturus, absq. sui sup.i dimissoriis litteris, eius subscript.e, et Relig.s sygillo munitis, domo discedere audeat; et si in aliam nram domum commigrauit, eas quidem eiusdem

domus

domus sup.i legendas tradat: sine his litteris, si quis quoquam perrexerit, graviter puniatur; ubi vero quis ijs usus fuerit, eas (sicut in universum cuiuscumque alterius generis litteras, commendatitias, dimissorias, patentes, commissionales) ad superiorem deferat, et idem faciat, si ijs utendi nulla extiterit occasio.

Praeterea sine sup.is licentia, nemo quicquam secum exportet, neque etiam libros, nisi cap. locale aperte consentiat, et librorum nomina, numerus, tituli, et ad quamdam domum pertineant, antequam moveantur, fuerint distincte notata, ut facile postmodum recuperari possint. Nihilominus tamen, praeter Breviarium, et Diurnum, et propria scripta, poterit quisquam etiam secum ferre Bibliam sacram, et libellum alium spiritualem. De reliquo autem et de necess.o viatico, et de equitatu provideatur, vestes viatoriae ei dentur, quae quidem semper in vestiario servari debebunt. C.G. 10. D. 15. f. 38. C.G. 13. D. 15. f. 67. C.G. 15. D. 1.o f. 76.

Ad haec, qui peregre profecturus erit, post recitatum clericorum itinerariu͂, deducatur ad ianuam domus, et cum benevolentia, et charitate dimittatur; si fieri post, solus nemo abeat absque comite, aut ex nostris, aut ex secularibus, aliquo probatae vitae viro, recta autem quo tendit, quisque ~~via~~ pergat, diverticula, sive in itinere moras, ne faciat.

Proinde cum quis nostrum, vel iter agens, vel itinere peracto, ad eam civitatem advenerit, in qua domicilium habemus, omnino caveat, ne in alia sive secularium, sive Religiosorum domo, aut quovis alio loco se recipiat, vel pernoctet, aut comedat; sed recto tramite, ad nostram domum se conferat, eiusque loci Praep.o se in omnibus subdat. Prohibemus autem, ne quis obviam nostris eat, praeterquam Patri Genli, et Patri Provli.

Sed tandem exposcit fratrum tantopere a Xpo D.no commendata dilectio, ut cum nostrum quis, ab aliqua regione, vel civitate, ad eam, ubi nos degimus, domu͂ se contulerit, omnia in eum humanitatis, et benevolentiae officia persolvamus. Ubi primum igitur, alicuius nostrum adventus, per ianitorem innotuerit, is, qui peregre advenerit, cum charitate excipiatur; ad cellam ducatur; vestibus

exuatur viatorijs; lineq. et siquid praeterea opus fuerit, ei exhibeatur, et humanissime pertractetur, sive ut hospes, sive ut ei domui assignatus advenerit; per triduum, et si longinquum fuerit iter, per octo dies, ad domus onera subeunda, ne deputetur; immo ei per illud ipsum tempus, ad cibos communes alij adiungantur; caveat autem ne charitatis specie, quę sunt observanda negligat, ne silentium violet, ne detrahat de absentibus. Post illud vero spatium communis mensa sit ei satis, et licet ut hospes advenerit, chorum tn frequentet, Relig.is regulas observet, et onera subeat. Immo quę negotia tractaturus sit, ea quidem, nonnisi ex eius loci sup.is licentia gerat; nisi aliter Gen.lis, l, Prov.lis disposuerit; omnino tamen ab eo egrediendi licentiam, benedictionem, et comitem habeat.

Cap. 21.

De rat.e communicat.is habendę per litteras.

Interea quibus ordinatę ad nos ipsos dirigimur, litterarum commertia, ultimo tandem loco reponimus, quę sane, ut a recto regularis disciplinę tramite non deflectant, regularum p descriptioribus disponenda erunt.

Atq inprimis nemo sit, qui litteras alicui, sive Religioso, sive seculari scribere, l, a quolibet undelibet datas accipere, aut resignare, aut legere, ullo pacto audeat, quin tum a se, tum sibi scriptos sup.r legat (si velit) et probet, Sup.r tn ipse rationem habeat, Patrum antiquorum; et qui probatę sint virtutis, et gravia negotia pertractant; cum autem litteras ipse legit, alijs ne ostendat.

Sed et sex mensibus ante celebrationem cap.li Gen.lis, cuiq in universu, et ante celebrationem cap.li Prov.lis, eius prov.e viris, licebit ad quemlibet patrem ex his, qui cap.lo sunt interfuturi, litteras dare, et ab eis accipere, eas q ne super. legat; idipsum eo t.pe eisdem Patribus cap.lo destinatis licebit, et quas scribunt, et accipiunt litteras, non legat sup.r, et idem servetur, cum in actu ea capitula celebrantur.

Porro

Porro Assistentium Genlis litteras, ab eis, l, ad eos datas quivis sup. guber= C.G.9.D.25.f.24.
nationis Provlis, l, localis nullatenus legat; eas enim legere, et accipere tantu modo Patri Genli licebit, Idipsum de litteris a Provlis Assistentibus, scriptis, l, ad eos datis pari modo servetur, ut eas scilicet Provlis legere possit, cęteri vero localis gubernationis superiores nequaquam.

Novitiorum litteras (ubi novitiatus coniunctus habebitur) sive quas ipsi scribent, sive quę ab alijs ad eos dabuntur, omnino videat novitiorũ Magister. Itemq. supr. (si velit) ita ut supr. ipse, quas ad novitium scriptas accepit litteras, eidem immediate tradere, nullo modo possit, sed omnino eas prius Mago. consignet, sine cuius etiam placito, neq. poterit, scribendi litteras novitio licentiam dare.

Iam vero litterę, quę ad Genlem, et mediatos alios supes. scribuntur; quęq. ab C.G.10.D.36.f.50.
eisdem datę, ad subditos accipiuntur, nullo modo ab immediatis superioribus legantur, l, aperiantur, aut retineantur; nec subditus, ut ad eos non scribat, impediendus erit, sed omnino libera relinquatur per litteras inter eos communicandi potestas.

Cęterum si in litteris ad supes. mediatos datis, secretum aliquod contineatur, q. ne alijs communicet, qui scribit subditus, velit exterius in fronte hoc verbulum a scribente adijciatur; (soli) cum vero supr. aliquis ad suum subditum scribit, in epistolę superscripte nomen suum idem ipse, qui litteras mittit, supr, manu propia scribat; ita enim quis, ad quem scribat, prima litterarum fronte patebit.

Litterę communes subditis a supe. datę, omb, ad quos spectant, vocatis, palam aperiant, et legant, sed et quę ad Genlem simul, et eius Assistentes in cõmuni scribuntur, statim Genlis coram Assistentibus aperire, et legere teneatur, et nullo modo solus ipse, l, aperiat, l, legat, Idipsum omnino de litteris, quę ad Provlem, et eius Assistentes, et de ijs, quę ad Prępositum, et eius consultores in communi scribentur, intelligere oportebit: Atq. in hac parte, tũ Prępti.

et

et Prouli, tumet ipsiusmet Genlis conscientias oneramus; et qui contra fecerit, voce actiua, et passiua, posquam suo offit.º fuerint perfuncti, ad triennium priuandos esse decernimus; et sub eisdem pœnis mandamus, ut litteræ, quæ ad Cap.^m Genle, l, Proule scribuntur, nequaquam a capli præside, l, Præp.^to Genli, aut Prouli, impediri, l, aperiri, aut legi, quouis prætextu possint, sed omnino in ipsomet pleno caplo, coram omnb, aperiantur, et legantur.

Porro in litteris omnb, conscribendis, formæ quædam, et locutiones, ac figuræ, et cæremoniæ, sæcularem potius morem præseferentes, ne misceantur; inutilia, et inania, et quæ affectationem sapiunt omnino deuitent, et non solum in eo q. scribitur, sed in modo ipso scribendi, religiosæ modestiæ decus effulgeat.

Proinde quas quisq. scribit, non alio poterit communire sygillo, quã communi totius Relig.is quod solummodo penes sup.em nec penes alios, et procurat.em Localem, et Procuratorem Genlem erit; proprium autem suæ familiæ insignib, insculptum sygillum nemini omnino habere licebit.

Cap. 22.

De 4º. mediorum genere, qd. continet ea, quæ erga Superiores Religionẽ, et statuta sunt agenda.

Perfectionis iter diuina commitante gratia, prosequentes, non satis est, si ad Deum, et ad nos ipsos ordinamur; oportet insuper, ut erga sup.es religionem, et eius statuta dirigamur; hæc enim omnia regularis status exposcit, ut sanctit.is plenitudo, ex omni parte subsistat; quare in vniuersum, sic erga eos nos gerere oportebit; ut sup.es l, ut Patres Religiorum, velut matrem, leges, et statuta, l, ut nram in terris hæreditatem habeamus.

2 Proinde, quæ in particulari singulis ipsis debemus, per sequentia capita præscribentur, curent vero omnes ea exactissime obseruare, intelligantq. totiq. Religionis munimen omnino vacilare, si hæc non firmiter stabilita seruentur.

Cap. 23.

De=

De ijs, quæ erga Superiores.

Prætermissa obedientia, quam aptiori loco inter solemnia vota reposuimus, ibiq. late perscripsimus; primo hæc nobis quidam alij dependentiæ actus se offerunt; quos sane ad tria cap.ta reuocamus, nimirum ad benedictiones, ad licentias, et ad signa; omnino enim multa erunt, quæ sine sup.is l, benedictione, l, licentia, l, signo dato agi non poterunt, et ~~ad~~ omnia in particulari suis quæque locis statuuntur, Hic vero in universum decernimus, ut benedictiones, q.do petendæ erunt, flexis genibus semper petantur, præterq. m.ens nouum aliq. utendum accipimus; licentiæ autem ne extorqueantur, nam extorta, siue coacta licentia (ut Bernardus docet) licentia non est, sed violentia, signa demum (cum necessaria erunt) omnes expectent.

Sed ulterius venerat.is et reuerentiæ actus prosequentes, cauendum primo cuiq. erit, ne aliquo modo cum sup.e contendat, quæ ~~ab~~horrenda prorsus, et execranda est, irreuerentiæ turpitudo; immo siquis a sup.e obiurgatur, statim genuflexus, demissis oculis, et tacens se corrigi sinat, neq. surgat, donec ab eo surgendi signu accipiat; q.d si ab ipso tunc temporis interrogetur, sic se gerat, ut responsio humilitatem, et reuerentiam (ut par est) redoleat.

Proinde qui sacerdos secundi gradus, non fuerit, de tecto capite, cum sup.e loquatur, nec se cooperiat, l, eo præsente sedeat, non expectato signo; Sed et omnes, cum obiam quiuis sup.or occurret, l, ipsis se inferet, assurgant, consistant, et reuerentiam ei capitis inclinatione exhibeant.

Quæ tamen omnia, et id genus alia ad venerationem spectantia, ut facilis obseruentur, studeant singuli in sup.e Xpm Dnm cuius ille obtinet vices, fidei obtutu inspicere; et erga eum sic se gerant, ut veluti Xpo deferentes reuerentiali timore, pariter, et amore ei subiaceant. et actus omnes, qui l, minimam irreuerentiam sapiant, omni dilig.e vitent, Ipsius autem actiones, l, dicta iudicare, sicut et verbis, signis, et factis eum contemnere, eiq. detrahere, vitia sunt, quorum quidem, l, ipsa species merito vitanda erit, et profecto boni Religiosi

partes

ciunt, sui sup.ⁱˢ quos forte in eo inspexerit defectus reverenti charitatis affectu, sub velamine contectos, ab aliorum oculis subtrahere, attrahere vero omnes ad eius virtutes inspiciendas.

Jam vero sicut sup.ⁱ reverentia, et honor ita ipsi quoque ut patri filialis fiducia debetur, quare fiducialiter quisque agens ad eum, in omni qua premitur molestia corporis, vel animæ, libens confugiat, eique sui cordis desideria libenter aperiat, semperque tamen resignatus, et indiferens eo propendere sit paratus, quo sup.ⁱˢ iuditium, et voluntas inclinat, et quæ dixerit tamquam dei voce prolatā suscipiat, Dei enim loco nobis præest sup.ᵒʳ et divinæ et voluntatis interpres, adeo, ut qui eum audit, Deum audiat, Hinc vero si quæ petijt, a sup.ᵒ denegata ei fuerint, a maiore sup.ᵉ eadem ne petat, nisi prius illi patefecerit, alterius sup.ⁱˢ denegat.ⁱˢ responsum.

Denique illud præcipue superioribus nris debemus, ut scilicet pro ipsis peculiares singulis diebus ad Deum preces fundamus, quatenus dignetur D.nus spiritu principali eos in bono regimine confirmare.

Cap. 24.

De ijs, quæ erga religionē, eiusque leges sunt gerenda.

Religionem eo quisque prosequi, et amplecti debet affectu, quo solet filius matrem, a qua se multis laboribus alitum dignoscit, unde ei fidei inuiolabili adhærere, in eius statu conquiescere, eius incrementa appetere, eius omnem bonum promovere debita sunt; quæ ab omnibus, ut persoluantur, exigit, hic filialis afectus.

2 Proinde nomen eius, et fama, ut quotidie celebrior invalescat, singulis enitendum, ac propterea defectus, errores, et mala quælibet, quibus forte Religionem intus aliquo modo maculare contingat, sic tacitus quisque silentio involuat, ut ad externorum aures foras peruehi, ne minima ratione queant, et profecto Relig.ⁱˢ acerrimus inimicus, et destructor esset, ac ut talis gravissime puniendus, qui eius maculas alijs patefacere, non erubesceret.

Jam v.ᵒ

3 Iamvero quamvis Religioni omnia amoris iura persoluere teneamur; nemo tamen sit, qui gratiam, l. privilegium, ad eius licet commoda spectās, Romę impetrare, inscijs, l. inuitis Genli eiusq Assistentibus, pręsumat: et quę secus fecerit eorundem arbitrio grauiter puniatur; Sed et ipsi Genli sine Assistentium voto, ea etiam impetrare, nequaquam licebit. C.G. 13. D. 6. f. 64.

Sed ad ea quę legibus debentur transeamus, atq inprimis, quas Religio habet, quocumq nomine, siue constitutionum, siue regularium, siue rituum, siue quouis alio vocentur, sic ab omnib. amplectantur, ut tamquam a Deo pręscriptas, in cordis medio quisq reponat, omnimoda in eis complacentia conquiescere. Nemo autem sit, qui contra illarum aliquam, siue verbis, siue signis, aut quouis alio modo se propensum esse ostendat; sed et pro comperto habeant, diabolum, quo regulares viros ad summam calamitatem pertrahere queat, conatu pręcipuo, niti, in eorum cordibus displicentię contra Religionem, ac leges, serere spinas.

Cęterum illud quam maxime cauendum; ne legibus fundata Religio, legib. corruat; qd sane tunc accidit, qdo debita earum custodia, l. omnino deest, l. mutat, aut vacilat: quare sedulo curent, sic eas plena obseruantia retinere, ut non faciles, l. leues sint, statim vbi se occasio obtulerit, ad inobseruantias prolabi; quas proinde si quoquo modo patrauerint culpę profess. in refectorio medio diluendas, sibi esse cognoscant; sed et superiorum vigilantia hic vigeat, oportet, qui certe vbi subditi suauiter in legum obseruatione permanere neglexerint, etiam eos correctionū l. pęnitentiarum vsu, sub disciplina coerceant; ut vel sic persuadere sibi possint, omnino eis leges nr̃as obseruandas esse; et vniuersi omnes, l. seniores ipsi, sub hoc rigore continendi erunt, qdo id postulabit occasio. Nec tamen sibi quis putet, in aliquo detrahi, si publicis pęnitentijs, et correctionibus, quas patrauerit, in obseruantię diluantur; caueantq nec rigorem esse existiment, rigidosque putent supes, eo qd exactam petant obseruationem legum, et in ea vrgenda veluti conspirent; ipsorum potius voluntati, atq conatui se aptantes, nihil omittant, qd faciendum eis ex legibus, incumbit; quo sane fiet, ut vnanimi

conuenu-

consensu, tam sup.s quam subditi iusto zelo feruentes, in vnam ad Dei gloriá obseruationem intendant, nec enim leges scripsisse sufficit, nisi opere ipso compleantur.

Ad hęc nemo prorsus sit, qui ab alicuius legis obseruatione, quocumq prętextu, l, titulo se immunem excipiat, sed omnes humero vno Deo seruientes, vnum portent commune legis onus, pręcipue vero ab exercitijs communib, nemo sine sup.ri licentia abesse pręsumat; quę autem personę ab aliquib, oneribus sint exemptę, loco suo dicetur.

Postremo, ut facilius hęc debita legum obseruatio promoueat, singulis pręscribitur, ut quę omnb, obseruandę incumbunt, priuatim, sepius legere, et meditari conentur; sed et regulę, et obseruantię communes, dum alij ad mēsam assident, singulis mensibus legantur, constitut.a autem in communi nequaquam.

Quas insuper constitut.a nemo alius apud se habeat, pręterquam capolares cuiuscunq vocis; ij vero alijs Religiosis nullatenus commodent, proinde nemo sit, qui sine expressa sup.ri, eiusq consultorum licentia, leges nras, quocunq nomine vocentur, externis alijs legendas tradat.

Cap. 25.

De 5.o mediorum genere, q. ea continet, quę ad nostram erga proximos directionem attinent.

Instituti nri rationem debito ordine disponentes legibus, ex pręcipuis eius partibus vnam hanc, qua erga proximos ordinamur, iam pręscribendam aggredimur. Eam vero ab ijs incipimus, quę ut nrę Professioni parum consentanea, vitari merito debent. Ideoq recessum a conuersat.e inutili, et a rebus, et negotijs secularibus indicimus. postea vero, quę ad proximorum iuuamen, ex instituto nobis amplectenda sunt, prosequemur.

Cap.

Cap. 26.

De recessu a rebus, et negotijs secularibus.

C.G. 10. d. 7. f. 36.

Inter cęteros Religiosę vitę fructus, ille est valde optabilis, quod a mundi tu=multu longe abductam hominis mentem cęlo sistit, Deoq. unit, ut merito quisq. nrum sibi consulere, ac sedulo prospicere debeat, ne quem Deus a turba sę=culi, rerumq. colluie semouit, is postmodum ab hoc tranquillo portu diuulsus mente, rerum sęcularium, et negotiorum fluctibus, ac mundi sollicitudinibus obruatur, ne igitur in has misserias incidamus, mundanę conuersationes, et occupat.es (quoad eius fieri potest) reijciantur, nihilq. terrenę sollicitudinis admittatur.

Quod ut facilius assequamur, nemo nrum sine sup.is licentia cum sęcularibus colloquatur, sed si ab ijs obiter quis interrogatus fuerit, neq. tunc vacet adire superiorem, paucissimis se expediat, et rem omnem sup.i postea renuntiet; excipimus vero confessarios, contionatores, lectores, et capitulares, quibus absq. licent.= C.G. 11. d. 5. f. 56. cum sęcularibus colloqui licebit: cum mulieribus tamen, sine licentia non colloquantur, qui nondum ad earum confessiones excipiendas sunt expositi: in vniuersum autem ab omnb. diutini sermones, crebri congressus, et inutiles conuersationes cum sęcularibus deuitentur, nam grauia inde oriuntur pericula, et facile animus ad negotia sęcularia, et ea, quę mundi sunt prolabitur; cęterum quibus sine sup.is licentia, cum illis colloqui non licet, ij ad domus ianuam nisi vocati, ne accedant, sed illud insuper vnusquisq. caueat, ne externos sine superioris licentia ad suam cęllam, aut per domum ducat, ne ve eis, quę domi facta sunt, l. geruntur referat, nisi duntaxat, quę ędificationem parere possunt.

Proinde cum mulieribus, etsi religiosę, et sanctę videantur, aut propin- C.G. 10. d. 38. f. 50. quę sint, consuetudo, et familiaritas nullomodo ineatur, eas domi visitare, nisi sup.or concesserit, nemo audeat, sed et sup.or non nisi dificile, et raro, ac rationabili ex causa, nec tamen promiscue omnb. id concedat, qui vero eas inuisset, desig-

natum

sibi a sup.e socium prægnentem secum retineat, et nullo modo solus cum sola sit, q. si cum ea secreto aliquid est tractaturus, ibi maneat socius, ubi conspicere, non autem quæ secreto communicantur, audire possit; sic enim, et proximorum ædificationi, et Religiosæ decentiæ, non parum consulitur. Sed et sup.i, ut omni tempore hæc observatio accuratissime vigeat, diligenter intendant.

Iam vero absq. Prov.lis facultate, nemo cum aliquo spiritualem affinitatẽ baptismi, l. confirmat.is sacram.ti contrahere posit; quamvis ad baptizandum superioris licentia sufficere debet. Nemo testamentorum execut.i sese immiscat; nemo negotium gestoris, l. tutoris, aut curatoris suscipiat, nullum item matrimonium per nos procuretur, sine Superioris licentia.

Præcipue vero prohibemus aliquem nrum in causa criminali, l. in litigabili testimonium ferre, nisi plane ab eo coactum, qui cogere iussu poterit: sup.i autem nri, ne id permittant, præterquam in causis chatolicæ fidei, et huiusmodi cæteris valde pijs, atq. a partium offensione remotis. Dedecet enim, ob religiosi viri testificationem, suorum bonorum quempiam, aut famæ detrimentum pati.

C. G. 25. d. 6. f. 78. Porro in universum, ut a mundanarum rerum tumultu simus, quam maxime fieri potest, alieni, non sinant sup.i quempiam in sæcularibus negotijs, sese facile admiscere, sed sua sæcularibus negotia ipsis gerenda relinquamus, nisi ubi charitas, l. vehemens alia ratio aliter suadeat; quo tamen casu gerendum, aut expediendum negotium, quantumvis pium, et Religioso viro dignum, sine expressa sup.is licentia ne suscipiatur.

Sed et insuper ne temporalium sollicitudine distrahamur, lites forenses devitentur, a nris; ideoq. non licebit superioribus absq. Prov.lis, suorumq. Assistentium facultate contra exteros litem intendere; quæ proinde, e contra, si ab exteris contra nos agitetur, enitendum erit, ut priusquam liti respondeatur, (si id commode fieri potest) consulatur Prov.lis, a quo re cum Assistentibus deliberata, responsum expectetur, num lis sit prosequenda, l. ei sit cedendum,

vel

vel, æquaratione sit in ea procedendum; quod si id prius fieri nequit, omnino quamprimum fiat. Cæterum curandum semper erit, ut lis quamprimum (si fieri potest) compromissiue, vel alio modo de Prouli[s] tamen suorumque Assistentium facultate componatur.

Denique recessus hic a mundi conuersat.e et a secularibus rebus illud exposcit, ut seculares ipsi dificile, et per raro domi nostræ cohabitare permitantur; quamuis in hac parte, magna sit opus prudentia, quæ certis regularum limitibus, arctari non potest, sed satis sit in vniuersum, hæc decernere.

Primo ad longum tempus, ut nobiscum cohabitent, vel conuiuant, non nisi insignes viri, ut qui de religione bene meruerint, vel ei non parua benefitia conferre disponant (quos ideo gratitudine, ut prosequamur jus omne postulat) domi recipi poterunt, non tamen sine Gen.lis, suorumque Assistentium placito; necnon Prouli[s], et capli localis domus eius, vbi coabitationis eligitur locus. C. G. 7. D. 7. f. 3.

2.o hospitio seculares domi nostræ accipere ad tres tantum dies Prouli[s], itemque Præpositus localis poterunt. Ad plures autem dies hospitium prorogare, neque Prouli licebit sine Assistentium voto, neque Præp.to sine consultorum consensu, ac Prouli[s] etiam licentia, si in ea vrbe sit præsens, vel saltem si absens consuli facile possit, id quod si res non patitur, quamprimum de prorogato hospit.o certior fiat.

3.o Ecclesiastici, et Religiosi viri recipi poterunt, præsertim si adeo sancto viuant instituto ut nobis bono esse possint exemplo.

4.o nullo vnquam tempore, nec vllo modo licebit, etsi Gen.lis ipse, et Assistentes velint, mercede, aut stipendio, seculares, velut conuictores, ut a nobis alantur, vel ut nobiscum cohabitent, domi recipere, sed vero pro hijs, qui hospitio, domi nostræ accipientur, idoneus a sup. designetur, ex nostris minister, qui eis necessaria suppeditet, Ecclesiasticis vero, et Religiosis viris, præter hunc alius, et bene moratus deputandus erit, ut eos (si necesse sit) commitari possit; cæteris cum illis conuersari sine bona causa non sinat superior.

Postremo

Postremo peculiarem locum ad hanc externorum cohabitationem, in ea parte domus designare oportebit, quæ a nris Religiosis remotior (quoad eius fieri poterit) videatur.

Cap. 27.

De exertitijs vitæ actiuæ ad proximorum iuuamen assumendis in communi.

Eximium illud piæ charitatis opus, quo proximorum saluti prospicitur, vitæque actiuæ exertitatione completur, cum ex instituti ratione, ita nræ Religioni incubat, ut inter eius munia, hoc sit vnum ex primarijs sibi propositum, omni promptitudine, erit a nobis gerendum; Ita tn̄ vt in domibus recessus, quæ sane contemplatiuæ designantur, et in separatis nouitiatibus, hæc actiua exertitatio non admitatur; verum (his exceptis) omnes aliæ domus, et collegia ad hoc munus, designata intelligantur; quamuis in collegijs non adeo complete eiusdem vitæ ratio seruari possit.

Porro quæ ad hæc munia applicantur personæ, studeant animarum zelum, (qui operi vim tribuit, et incrementa virtutum) ita feruenter in seipsis concipere, ut omnibus pateat, eos in hoc opere vera esse charitate repletos; sed vero priusquam huic muneri, quis nrum deputetur, pijs quijs documentis, et instructionibus circa praxim muniatur. Cæterum charitatis ordinem, qua propriæ saluti prospicere debet, non inuertat; nec enim animæ suæ cura abijcienda, ut proximorum lucra perquirat; quare sic omnes attemperent exertitia, ut quod aliorum saluti exhibent propriæ non degent; et q.d verbo docent, virtutibus roborent.

Deniq illud iniungimus, ut in his munijs exercendis ab omni prorsus bonorum temporalium cupiditate, et auaritiæ speciæ se nri alienos esse ostendant, syncera charitate dei gloriam intuentes, vnde gratis omnino hæ nobis actiuæ functiones exercendæ erunt, nec vllo prorsus modo stipendia postulare licebit, ut Apostoli vestigijs hæreamus, qui ad corintios dicebat, Non ero grauis vobis, non enim quæro, quæ

Vra

Via sunt, sed vos; quæ vero eleemosinæ nomine deferuntur, accipi poterunt, et hoc quidem non privati alicuius Religiosi, qui munus exerceat, erunt, sed ad communem usum eius domus applicanda, in qua opus proximo exhibetur, nisi a secularibus alicui domui fuerint in specie assignata, et destinata.

Illud postremo adiungimus, ut in exertitijs, quæ in ecclesijs nris gerent, perseuerantia retineatur, et procul abeat inconstantia, quæ pium populi extinguit, affectum, et turpem instabilitatis notam non sine magno detrimto nobis inurit; sed et cultus ecclesiarum, administratio, et ritus sic semper eluceat, ut facile ad eas frequenti concursu trahantur fideles, ex quo paratior nobis ipsos adiuuandi detur occasio.

Cap. 28.

De sacramentis proximo administrandis.

Sed iam peculiares functiones præscribentes, primo nobis se offert sacramentorum pœnitentiæ, et eucharistiæ administratio, ad quæ sane proximis exhibenda, magna semper promptitudine nos paratos esse oportet. Quod vero præcipua ratne ad sacramenti pœnitentiæ ministerium attinet, ad illud quidem non omnes promiscue assumantur, sed omnino requisitæ qualitates pensentur, et maturæ agendo delectus habeatur; ut scilicet idonei tantum, qui conscientiæ casibus sint probe instructi, et prudentia, ac discretione, et spiritu polleant, quique professionem emiserint, deputentur; nouitios autem sacerdotes nullo modo ad id munus assumi posse decernimus; quamuis ubi grauissima ratio intercesserit, qui aprobatus, antequam ingrederetur, ab ordinario fuerit, a Proali quidque, sed raro ad secularium confessiones audiendas exponi poterit; si tamen dum in seculo morabatur, approbatus non fuerit, nulla ratne pro licentia ab eo obtinenda mittatur.

Proinde facultatem, ut quis nrum secularium confessor existat, non omnium erit conferre; sed id ad Genlem, et Proalem spectabit, qui eam concedere possint, etsi Localis præpositi requisitio non præcedat, Scripto autem hæc facultas tradatur; nec sufficiet licentia a locorum ordinarijs obtenta, quam aduc sine dicta facultate præ

C. G. 10. D. 32. f. 48.

Nouitij nullo modo ad confesiones audiendas deputentur.

Licentia ad confesiones audiendas habeatur, a Pre Gli, Prouinciali, inscriptis.

C. G. 10. D. 32. f. 48 nemo sit, qui impetrare præsumat.

Qui exponendi sunt ad confessiones prius examinent à quinque Patribus per secreta suffragia. Decretis Cap. 10. 32. f. 48

Porro modus ad id munus nostros assumendi, talis erit, ut scilicet antequam pro licentia a locorum ordinarijs obtinenda mittantur, domi prius a sup.e, et a Patribus examinatoribus accuratissima diligentia examinentur; qui quidem examinatores duo erunt, s. tres a sup.e de consultorum voto deputandi, tam pro confessarijs, quam pro ordinandis; Nemo autem ab hoc examine eximatur, id quod a quovis sup., etiam Gen.li indispensabile prorsus erit; sed et examen hoc domesticum, pro his tantum instituetur, qui nondum secularium confessiones, in Relig.ne audierint, proinde habita ab ordinario licentia, adhuc tamen priusquam suę potestatis actum, quis iam confessor assumptus exercere incipiat, benedictionem semel in principio a Pręp.to habeat.

Sacerdotes iuniores ne exponant ad confessiones mulierum; et nullo modo nisi ante 30 annos nisi ex gravi causa accedat de licentia consultationis Prov.lis Decretis 32, cap. 10.

Iam vero personę quarum confessio excipietur a nostris, promiscue sine exceptione omnes erunt, tam viri, quam mulieres, et qui in lectis ęgrotant. verum ad mulierum confessiones audiendas ne facile sacerdotes iuniores exponantur, sed qui ętate, et moribus sunt maturi, cęterum monialium confessiones audire, nostris nullo modo liceat, absque vehementi causa, quę ubi intercesserit, non nisi Pater Provincialis de voto suorum Assistentium licentiam dari poterit, nisi forsam ut confessor extra ordinarius quis vocetur; tunc enim Pręppositi suorumque consultorum licentia satis erit. sed et colloqui cum illis sine sui pręppositi, et consultorum facultate alicui nostrum non licebit; et qui temere sine huiusmodi licentijs, s, cum eis colloqui, s, earum confessiones audire pręsumpserit, activę, et passivę vocis suffragio, in perpetuum privetur, et per sex menses in ergastulo clausus retineatur.

Nostris n.licet audire confessiones Monialium nisi de licentia consultationis Prov.lis; et de consultationis localis quando est confessio extraordinaria. Decretis 35. Cap. 10. f. 49.

Sed ulterius de confess.s loco decernimus, ut mulierum confess.nes, pręterquam in ecclesijs nostris, non audiantur, nisi calamitas aliqua, s, ęgritudo, s, alia quęuis vehemens ratio aliter postulaverit, et tunc ne solus cum sola sit, sed ~~[illegible]~~ socius ibi maneat, ubi possit conspici. Virorum confessiones, aut in ecclesijs nostris, aut in locis ad id designandis, audiantur, sed et in nostris ecclesijs confessionalia collocentur, et quidem in locis patentibus, singula pro confessarijs singulis, in quibus secularium confess.nes

confessiones excipiantur. ita autem collocata disponantur, ut tam pœnitens, quam sacerdos conspici facile possint.

Ad hæc confessionis actus ita procedant, ut in eo præsertim cum mulieribus, confessarij longas moras non faciant, nec longiores æquo sermones producant, sed inutilia resecantes, quod muneris ratio exposcit, id tantum præstare conentur; charitatem eis præcipuam exhibeant, eorumque saluti pio affectu incumbant.

Denique huius tam sancti ministerij usus, ut frequens sit in ecclesijs nostris, nitendum pro viribus erit, id enim animarum salus, quæ nobis proponitur, exposcit, ideoque prælatis cura sit, ut confessariorum sufficiens numerus, in unaquaque exercitiorum, et collegiorum domo non desit, ad secularium confess.ᵒⁿᵉˢ audiendas. Instituatur proinde quædam in templo veluti circularis residentia, ut scilicet confessarij vicissim in orbem ibi assideant, unus, duo, vel plures in singulos dies, prout numerum hunc loci sup.ᵒʳ de consultorum voto rat.ᵉ habita ad accurrentium concursum, præfixerit; et eo die, quo quis huic circulari residentiæ deputatus, mane usque ad horam prandij a templo non discedat; a prandio vero, domi residens, statim vocatus confessionibus audiendis occurrat, nec sine gravi necessitate domo egrediatur, quod si egredi sit compulsus, confessarium alterum, ut sui vices gerat, omnino substituat: cæterum in collegijs, hæc circularis residentia, non necessario instituenda præscribitur; sed Prov.ˡⁱˢ arbitrio relinquitur; porro dominicis, et festis diebus, in earum item vigilijs, in hebdomada sancta, tempore Iubilei, et quotiescumque populi concursus id exigere videatur, omnes in ecclesia residere, et libenter pœnitentiæ ministerio animas Christo lucrifacere, non desistant. Demum omni alio tempore, præter hæc iam præstituta, se quisque ad hoc munus, paratum exhibeat, statimque vocatus præsto adesse conetur.

C.G. 9. D. 20. f. 22.
C.G. 10. D. 33. f. 49.

Confesor deputatus mane usque ad horam prandij a templo non discedat

Decretis 25 Cap. 7. f. 10.

Cap. 29.

De verbi Dei ministerio proximis exhibendo.

Inter præcipua nræ Relig.ⁿⁱˢ munia, quibus proximorum saluti vacamus, verbi Dei-

Dei administratio primarias vices, sibi iure vendicare videtur; quę proinde varie exhibenda nobis incumbit; pro euangelicis contionibus, de quibus hęc decernenda se offerunt. Contionatorum scilicet requisitę qualitates, contionandi impedimenta, facultas, praeuia exercitatio, actus; modus, loca, et adiumenta.

Qui concionare debet prius examinandus et probandus a duobus, l. tribus examinatoribus

Quod vero ad qualitates attinet, ijs solummodo hoc publicę prędicationis officium committatur; qui et bonę indolis, et pręclarę virtutis specimen dederint, quiq. valeant, non minus integritate morum, quam facundia, et eruditione prodesse; qui insuper professionem emiserint, non enim nouitijs id munus aliquo modo licebit; et deniq. huiusmodi sint, qui Philosophię prius operam dederint, et sacrę Theologię lectiones, saltem per triennium audierint, Studio item casuum conscientię sedulo incubuerint, denique ijsdem iussu Prouincialis a duobus, l. tribus examinati, et approbati fuerint; ac tandem qui sacrę scripturę, et legendis patribus, saltē per annum vacauerint.

Sed vero impedimentum erit, ne quis hoc munere fungatur, inprimis prędictarum in eo qualitatum defectus; tunc insuper si munus hoc nimis anxie appetere visus fuerit; tunc enim non tam facile concedetur. Deinde qui in quadragessima prędicandi onus subire minime poterunt, qui ob infirmam, et inbecillem corporis valetudinem, cibis quadragesimali ieiunio vetitis, vtantur; id eis obstabit, ne contionari eo tempore permittantur, nisi forte morbus, casu accidat, l. nisi Prouincialis grauem ob causam cum eis dispensandum arbitretur.

Proinde publice contionandi facultas a Prouinciali concedetur; sed ijs solummodo, qui prędictis qualitatibus sint luculenter instructi, quiq. prescripta impedimenta, qua diximus ratione, non habeant, sed et priusquam nostri publice prędicent, praeuia quadam exercitatione se muniant; vnde priuatis declamationibus intra comunem refectionem, siue alias alibi quasi sermonibus ad populum, de Praepositi licentia declamitent, et ut valeant fructum sibi exercitatione comparare, constituatur unum aliquis, contionandi arte expertus, qui illos instruere ex munere habeat, quiq. post singulas declamationes priuatim eos admoneat, si in aliquo defi-

cere,

deficere conspexerit; idquod et præstabit, cum eorum quis publicè ~~decla-~~ ~~exercitationem~~ habebit, usque dum probè instructus evadat. Porro in universum actus ipse, et modus contionandi, sic procedat, ut in eo verborum affectationes inutiles narrationes, variæ ostentationes, facetiæ, et id genus alia, quæ Evangelicum contionatorē dedecent, omnino vitentur; et qui ijs intendens non resipuerit, ei contionandi facultas ne fiat. proinde contiones huc dirigant nostri, ut animas Xpo lucrifacere possint, et charitatis ignem spirantes, Apostolici viri auditoribus videantur. denique ritum ~~...~~ in contionis actu uniformi observantia teneant omnes, eum scilicet qui in libello de ritibus habetur.

Quod vero ad contionum loca spectat; in civitatibus quidem, ubi nos domicilium habebimus, æquum est, ut potius in nostris ecclesijs, quam alibi nostri contionentur, et ad nitendum, ut semper in hijs quadragesimæ, et adventus tempore alijsque Dominicis, et festis diebus totius anni contio habeatur; sit que propterea ecclesia nostra verbi Dei seminarium, non domus orationis dumtaxat. In externo rum proinde ecclesijs, contionari nobis licebit, ita tamen ut si in ea urbe domicilium habeamus, contionator, ubi contionem absoluerit, domum ad prandium (si ita commode fieri possit) revertatur; paulo vero ante tempus prædicandi, recta proficiscatur, nec deflectat de via.

Porro contionatores ad prædicandum, per loca distribuere, Provincialis erit; si tamen in aliqua nostra ~~domo~~ ecclesia, quadragesimales, vel annuales contiones, vel, saltem adventus nondum habitæ fuerint, nullo modo id exercitium ibi debeat introduci, nisi de Provincialis licentia Assistentium voto adhibito.

Postremo de adiumentis, quæ contionatoribus exhibenda erunt, decernimus, ut inprimis, quo tempore, contiones habebunt, singulis ipsis comites decernentur, præter quos, unus, vel plures, ut eis inserviant deputentur: prout neccessitatis ratio postulabit, sed et eum peregre ad prædicandum quis mittitur assignatus comes perinde ei, ac suo Præposito quavis in re obediat; Insuper autem dum in ecclesijs nostris contiones habebunt, in propijs cubiculis

C.G.8.D.6. f.15.

comedere, eis licebit, eo modo et forma, prout iam supra cap. 14. sancivimus: curabit q. sup. ut tamen enixe laborantibus, quę necessaria erunt parata exhibeantur, et recte administrata suppeditentur; Atq. ut facilius contionandi labores tollerentur, statuimus, ut qui quadragesimales contiones actu habebit, choro, et alijs exercitijs interesse, ac onera subire non teneatur; et is idem post q.m eas absolverit, ad quindecim dies eam immunitatem habeat, eis q. ad cibos communes alij adiungantur.

C.G.10.D.33. f.48.

Qui vero ad easdem quadragesimales contiones, primo anno se pręparat, toto eo t.pe (exceptis diebus festivis) a matutino tantum, et horis censeatur immunis; qui proinde annuales contiones actu habebit, primo quidem anno, choro interesse non teneatur; eum nihilominus exortamur, ut semel in die (si cômode poterit) chorum cum alijs adeat. Cęteris alijs annis, cum contiones annuales habebit, semel tantum in die exemptionem a choro habeat, nisi iusta de causa frequentiorem ei concedere Pręposito videbitur.

Cęterum pro contionum laboribus, nostrorum nemini quiq.m licebit stipendij nomine petere, sed gratis hoc munus eis exerceatur; quę autem mero eleemosinę titulo contionatori offeruntur, accipi quidem possunt; sed tamen (excepto viatico) ea omnia illi nostrę domui in cuius ecclesia, l. civit.e prędicatũ fuerit,+ quę oblatę recipientur eleemosinę, illius domus erunt, cui contionator ipse iam assignatus fuerit; nisi in ea civitate fundatio aliqua domus peragẽda esset; tunc enim eleemosinę eius domus fundationi applicandę erunt.

+ statis, aquisita intelligant; nisi forte a secularib. nominatim alicui domui fuerint destinata. Quod si in locis, ubi nos domicilium n. habemus, prędicatum fuerit,

Denique eleemosinas in contione pro externis, sine superioris licentia petere, l. ibi litteras supplices, quę alijs pro sup.e prius approbatę non fuerint, legere contionatoris nequaquam licebit, sed et earum, quę pro externis colligentur, eleemosinarum distributio, superiori tantum incumbit, qui omnino ijs solummodo eas dare teneatur, pro quibus postulatę fuerunt; nec ullo prorsus modo, alijs applicare, unquam possit. Porro pro domo n.ra nullo unquã modo eleemosinę in contione petantur, etiam de sup.is licentia.

Iam-

Iam vero non solum concionibus, sed sacris etiam lectionibus populo in ecclesijs exhiberi poterit verbi Dei ministerium a nostris; hac scilicet ratione, ut sacra aliqua hystoria, vel etiam Psalmus, vel D. Pauli epistola, siue quid simile ex scriptura depromptum, expositis discursibus, morumque instructione populo proponatur; siue denique tractatus aliquis, misticus, vel moralis edatur; in qua vero ex nostris ecclesijs erunt sacrę huiusmodi lectiones habendę, non nisi dominicis, et festis diebus, statim post vesperas habeantur; sic tamen ut Prouincialis, suorumque Assistentium licentia adsit, vbi continuare hoc exercitium debeat introduci. Postremo, qui lector eas habuerit, matutino, et horis per totam hebdomadam, ac diebus festiuis vesperis interesse non teneatur; quod vero de eleemosinis, siue nobis oblatis, siue pro externis, vel pro nostra domo petendis, mox iam supra scripsimus, idem prorsus intelligatur, et seruetur, cum etiam sacras lectiones peragentur.

Vltimo administratio illa verbi Dei, qua fidei rudimenta puerię edocentur, cum nequaquam nostro instituto sit incongrua, decet, ut aliquando exhibeatur a nostris, vel in nostris ipsis ecclesijs, vel alibi Prouincialis arbitrio: sine cuius licentia ~~hoc~~ id munus pręstare, minime poterit.

Cap. 30.

De alijs functionibus, ad proximorum salutem assumendis.

Charitatis spatia dilatantes, eiusque perfectionem varijs actibus plene assequi intendentes; hęc alia constituimus, ad proximorum salutem amplecti; atque inprimis missarum sacrificia, in ecclesijs nostris sit congrua dispositione ordinentur (utque adeius fieri poterit) assidua sint, ut populo adeunti fiat satis.

Proinde ad fidelium deuotionem promouendam, solemnis quandoque in ecclesijs nostris quadraginta horarum oratio, musico etiam cantu adhibito cele-

celebretur. Sed et prima cuiusque mensis Dominica mane dumtaxat, quoad usque missarum sacrificia absoluantur, Eucharistiae sacramentum decenter in altari exponatur, ibique eo temporis spatio fiat annua per orbem oratio. Caeterum in ea urbe, ubi simul domum exercitiorum, et collegium habebimus, haec sacramenti expositio in prima mensis Dominica sat tantum erit, si in domo
C.G.9. D.3.f.19. exercitiorum instituatur. Institui etiam poterit (ubi sic Provinciali cap.o videbitur) ut singulis totius anni sabbatis in ecclesijs nostris, absoluto completorio, sermo ad populum de B.e Virg.is laudibus habeatur, postquam solemniter eiusdem virginis litaniae decantentur, musico etiam cantu adhibito.

Praeterea secularium congregat.es seu sodalitates in nostris exercitiorum domibus, et collegijs instituentur, non tamen sine Provincialis, suorumque Assistentium, ac Praepositi et consultorum eiusdem domus, ubi institui debent, facultate: et quidem iuxta varias, vel aetatum, vel statuum personas, variae esse poterunt, ut videlicet adolescentium una, magnatum altera; artificum alia; et sic de singulis, prout magis in D.no expedire praedicti Patres dignoverint, et prout regionum usus exposcet.

Porro cuilibet congregationi pater unus ex nostris a Praep.to et consultorum voto praeficiatur, qui eam in virtute, et spiritu ad Dei gloriam dirigat, iuxta regulas ad hoc praescribendas; quas sane nemini, sine Provincialis licen.a, in aliquo variare licebit; ipsum autem congregat.is deputatum Patrem sine causa, et sine consultorum voto, Praeposito amovere non licebit; sed et ipsam denique congregationem dissolvere, aut intermittere nemo unq.m possit, nisi ubi religioni detrimentum (quod nequaquam eventurum speramus) afferret; in quo tamen casu Provincialis, de Assistentium voto rem decernat, habita prius a locali cap.o eiusdem domus, ubi congregatio habetur, consultat.e

Iam vero mentalis orationis exercitia alijs efficienda tradere, ac aliquos ad ea domi nostrae peragenda admittere charitatis opus est, quod et libenter amplectimur, non tamen domi sine sup.is licentia, et consultorum voto praestandum.

Sed et

Sed et consilio insuper proximum adiuuare intendentes decernimus, ut ad ea praesertim, quae conscientiae casus exposcunt, dessignetur In vnaquaque domo exercitiorum, et studiorum Pater vnus eruditus, vel etiam plures (si id ad eventium concursus requiret) quorum partes erunt, assignet conscientiae casus proximis accurrentibus decidere; et si difficilis aliquando casus resolutio videatur, cum alijs patribus, conferat, et simul decidatur, Verum nemini suam sententiam scripto tradere licebit, priusquam superiores vna cum suis consultoribus eam viderint, et probauerint.

Vlterius autem ad comparandas doctrinas in nostris collegijs, externos admittere, eosque publice docere, charitatis amplitudini adhaerens nostra Religio ex instituto etiam inter tot alias perfectiones assumit, sed quaratione id fiet, infra tradetur.

Sed illud quoque pietatis opus libenter amplectimur, quale quidem est, quosdam ex nostris doctrina, et virtute vigentes ad ea loca per aliquot dies aliquando destinare, quae salutaribus institutis indigere videbuntur; ibique (Apostolicus more) paenitentiae, et Eucharistiae, sacramenta ministrare, verbum dei proponere, fidei rudimenta tradere, alijsque functionibus animarum lucra perquirere, ex munere incumbet: non tamen huiusmodi missiones sine Praepositi, suorumque Assistentium, ac Praepositi eius loci (vbi Religiosus mittendus deget) licentia; nec sine probo comite fiant; et ambo simul semper pergant, vbique simul consistant; denique pietatis semita incedentes, eos etiam, qui in lectis aegrotant, visitare, de superioris tamen licentia; eisque paenitentiae sacramenta ministrare, pijsque monitis confirmare, ac demum animam agentibus adstare, poterunt nostri, cum postulabit occasio; et eodem insuper charitatis affectu, qui in hospitalibus infirmantur; quique in carceribus detinentur, quandoque eos visitare, consentaneum erit, sed et irarum placatio, inimicitiarum dissolutio, et huiusmodi alia pietatis munia pie semper, ex arbitrio tamen superioris exerceant nostri.

Postremo, et si tam varijs functionibus iuuamini se proximorum nostra Religio profiteatur addicta; omnino tamen monialium curam nullo modo admittit, Sic etiam parrochialem administrationem a nostris exercendam nulla ratione

suscipere, intendit; nisi forte ad majorem Dei gloriam, et commune Relig.nis bonum, id quandoque expediens videatur, In quo tamen caveatur huiusmodi Donus non admittatur, nisi in domibus exercitiorum; et ubi magna onera non incumbunt; eqi in collegiis, et ibi non nisi ad tempus, et de licentia horum Patrum, videlicet Præpositi Gen.lis, suorumque Assistentium, itemque Pro.lis, et Assistentium eius provinciæ, ubi cura suscipienda esset.

Cap. 31.

De ultimo mediorum genere, q.d litterarum studia et eorum exercitia continet.

Religiosorum cetus, sicut vitæ sanctit.e in ecclesia Dei subsistunt, ita simul litterarum eruditione clarescunt; sicque virtute, et scientia undique profuso decore, intuentium oculis iure apparent, proinde ne tantus fulgor nostræ Relig.s ullo unquam tem.pe desit, merito decernimus, ut omnino spiritu non solum, sed litteris etiam solerti diligentia decoretur; hocque erit efficax medium, et præcipuum instrumentum, inter tot alia iam præscripta ad n.ri instituti rationem solidandam; q.d modo persequentia capita disponemus.

Atque inprimis in universum statuimus, et stricte mandamus, ut hæc studia quæ a nobis ordine, et forma præscribentur, ex professo complectantur, omnique conatu, ac omni tem.pe, accuratissime promoveantur, id q.d præcipue superioribus incumbet; qui diligenter prospicere, ac sedulo invigilare debebunt; ne ex incuria, vel negligentia, quidpiam detrimenti, studia subire cogantur; et iure, ac merito, qui sup.r litterarum studiis, aliquo modo se aversum præstaret, vel ea promovere non curaret, Relig.is adversarius censendus esset, eoque loco indignus.

Sed vero materiam hanc disponentes, ad tria veluti membra reducam; nimirum ad studia scholastica, quæ doctrinis, et scientiis variis in schola comparandis, designantur; ad exercitia moralia casuum conscientiæ; quæ collationibus, peraga=

peragentur; ad priuata deniq, cuiusq studia, quę singuli, quiq priuatim habebunt; de quibus omnibus sigillatim agendum.

Cap. 32.

De studijs scholasticis, et primo de facultatibus prelegendis.

Scholastica studia, velut solida cęterorum fundamenta primaria ratione iacientes, inter eas primo facultates prelegendas, scholasq instituendas locamus; quarum sane duo in vniuersum genera designamus; primum quod facultates inferiores complectitur, linguarum scilicet eruditiones, rethoricam, et alias quę ad litteras humaniores attinent: 2.m quod facultates superiores, nempe scientias continet, quę sunt videlicet logica, natur. et moralis, philosophia; methaph.ca sacra Theologia, tum scholastica, tum positiua, quę etiam et scripturam sacram comprehendit, et deniq sacros canones.

Quibus omnibus addiscendis facultatibus tamen superioribus, quam inferioribus nostris incumbere, ex instituti rat.e oportebit; atq pro his singulis rite comparandis, singulę scholę inter nostros instituendę erunt. Excludimus autem ut a clericis alienas, medicinę, et legum scholas.

Proinde vero q.d attinet in particulari ad facultates sup.as, ratio, et ordo, ipsis incumbendi, sic omnino se habeat; ut primo logicę (quam velut preambula precedent, dialecticę institut.es quas sumulas vocant) deinde Phisicę, et Methaph.e postmodum sacrę Theologię vacetur: logicę autem, et Philosoph.e trium annorum sit curriculum, l, etiam quatuor, prout Regionum vsus exposcet, Theologię quatuor; ad summum quinq, Nec licebit minoris temporis spatio, hos omnes in scholis absoluere cursus; sed et per totum id tempus assidue (exceptis vacationibus) nec minus in singulos dies, quam binę prelectiones habeantur; quarum singulis vnius horę spatium designetur; Porro logicę, et Philosophię

quotannis (si fieri potest) vnus cursus absoluatur, et alter inchoetur, Theologicus vero quarto quoque anno ordinarie inchoabitur; fietque materiarum tam apta distributio, ut qui ad eas comparandas accedunt, a quacumque materia initium sumant, et possint per illud totum quadriennij tempus eas omnes audire; Ad hęc quę doctrina, in hijs tradendis scientijs pręlegetur, ea sit, quę securitate, ac soliditate pręstet, Vnde in Philosophica Arist. doctrina, ut plurimum complectenda; in Theologia D. Thomas; ut dux eligendus; eique summo studio inhęrendum.

Sed et necesse insuper erit, ut alijs quoque scientijs, et facultatibus superioribus, iam pręfatis, nostri scholastici incumbant, hac ratione, ut mathematicas pręlectiones, secundo Philosophię anno, semel in die auscultent, et eodem modo vltimo philosophię naturalis anno rethoricas pręlectiones, semel item in die excipiant; secundo vero, et 3.º Theologię anno, semel etiam in die audiendis scripturę sacrę lectionibus incumbant.

Denique his omnibus conscientię casuum, et sacrorum canonum scholę adiungantur, in quibus bine quotidie pręlectiones habeantur, earum cursus biennio absoluatur, quem omnino transigent, qui ad Theologię vel Philosophię curricula non deputantur, de quibus infra dicetur.

Iam vero quod attinet, ad facultates inferiores, quę litteris humanioribus, linguarum varietate, et Rethorica constant, eę quidem accuratissime semper promouendę erunt;[=] sed et nostri omnes, vbi primum professionem emisserint, antequam logicę destinentur, biennium, vel saltem annum in eis omnino transigant, nisi forte ętatis ratio, vel quid aliud exigere videatur Prouincialis arbitratu.

[= Atque vt omni tempore floreant prouincijs admittedis.]

Cap. 33.

De personis ad scholastica studia deputandis.

Cum duo personarum genera ad scholastica studia requirantur, alię, quę ad docendum, et ad studiorum directionem assumuntur; alię vero quę ad facultac-

facultates ipsas addiscendas destinantur: primi quidem generis, apud nos huiusmodi erunt, videlicet lectores, praefectus studiorum, duo, l. tres examinatores, lectoris coadiutor, qui et Bidellus dicitur. C. G. 9 d. 6. f. 20.

De lectoribus autem in particulari decernimus, ut ij plane ad id munus in nris collegijs obeundum, ex nris Religiosis assumantur, sintque tales, qui doctrina, et ingenio, ac virtutibus polleant, et conceptam animi virtutem una cum ipsa doctrina transfundant, sed et Provlis facultas accedere debet, sine qua nemo poterit hoc munere fungi; ipsius enim erit lectores per loca designare, quamvis, ubi alterius lectoris, locus supplendus, neccessarius esset, possit alius (neccessitate sic urgente) a Praep.to sufficii; ita tamen ut Provlis deinde certior fiat.

Porro quot facultates praelegendae erunt, tot ad eas edocendas deputentur lectores, immo sacrae Theologiae duo sint (si fieri potest) unus qui mane, alter qui vespere de diversis materijs praelectiones habeant; et pari ratione duo etiam sint conscientiae casuum, l. unus, qui binas de eis praelectiones tradatur, caeterum Theologiae lector nemo constituatur, qui erga D. Thomae doctrinam bene affectus non fuerit; nemo etiam qui cursum Theologiae non absoluerit, ad philosophiam edocendam assumantur; nisi urgentissima aliqua ratio(ne) suadere videat; Nemo denique qui Theologiam non bene calleat, et varia erudit(i)one non polleat, ac in linguarum peritia praesertim hebraicae, et grecae non sit versatus, scripturae, et sacrae praelectionibus tradddendis deputetur.

Ad inferiores facultates edocendas ex ijs assumi possent, qui Philosoph.ae cursum expleverint, antequam Theologiae destinentur. Iam vero ipsis lectoribus ex praecipuo munere in universum incumbet, scholasticorum profectui in lectionibus, et alijs exercitijs pervigili cura intendere, et conentur praecipue praelectiones sic tradere, ut recta metodo, conspicua luce clarescant; denique quod ad lectorum attinet amotionem, in ipsomet curriculo, antequam illud absoluant, eorum neminem sine urgenti rat.e mutare licebit, sed et quando sic ratio exposcet,

id efficere Provincialis erit, suorum Assistentium voto adhibito. Postremo lectorum onera attendentes, prudenti discretione censemus, ut quo tempore hoc munus obibunt, circularis ieiunij onus subire non teneantur: Itemque dominicis, et alijs festis diebus, quæ primæ, et secundæ classis non erunt, a matutino tantum, et horis immunes facimus. In festis autem 1.æ et secundæ classis nulla eis a choro exemptio tribuitur.

Iam vero præter lectores, præfectus insuper studiorum, necessario adhibendus, cuius partes erunt, studiorum directioni immediate intendere, iuxta sui officij regulas in libello de ratione studiorum præscriptas: qui tamẽ scholastica studia non absoluerit, et scientijs non bene instructus evaserit, nequaquam ad hoc munus assumatur; assumendus vero a Provinciali erit, non tamen intra temporis cursum, ei dessignatum (quod minus anno esse non debet) sine urgenti ratione, et sine Assistentium voto poterit ab eo mutari. Cæterum lectores omnes, et scholastici, in his, quæ ad studia moderanda spectabunt, huic præfecto libenter obediant.

Præterea vero examinatores duo, vel etiam tres, qui suo tempore scholasticos omnes examine probent, a Provinciali destinentur, et denique lectoris coadiutor, sive Bidellus ab ipsomet lectore deputetur; eiusque munus (quod in libello de ratione studiorum inscribitur) ad studia dirigenda, suo etiam modo, valde confert; in singulis autem scholis, singulos eos designare oportebit.

Sed iam ad personas secundi generis transeuntes, quæ quidem sunt scholastici omnes facultatibus addiscentibus incumbentes; decernimus, ut nemo nostrum ante professionem emissam, ad eas sive superiores, sive inferiores, ullo unquam modo admittatur; volumus enim, ut illud temporis spatium, sacris duntaxat occupationibus, et devotionis studio impendatur; post professionem autem, ubi primum eam nostri clerici emiserint, illis addiscendis facultatibus omnino destinentur, et 1.º quidem humanioribus litteris, nisi forte quid obstet, ut præcedenti capite diximus.

Deinde

Deinde logicę, et superioribus facultatibus deputentur, ita tamen, ut ad logicam omnes promiscue sine acceptione admittantur; ad Philosophiam vero, nõ nisi pręmisso examine, de quo infra. Cęterum volumus; ut nemini possint, expleta logica philosophię, et Theologię studia denegari absq Prouintialis suorumq Assistentium voto; sed et qui iustis de causis non fuerit, ad ea assumptus, omnino ad conscientię casuum, et sacrorum canonum lectiones per biennium audiendas deputandus erit, ut, sic nostro instituto se aptiorē reddere possit.

Postremo pręter scholasticos nostros, seculares etiam, et externi alij, ad nostra collegia, et litterarum studia libenter admittantur, ijsq facultates omnes superiores, quas supra enumerauimus, perlegere, et publice eos docere licebit; idq amplitudini charitatis deseruiens nr̃a religio valde consonum, et sibi congruum ducit; intendit enim, non spiritu solum, sed litteris etiã, ac doctrina proximum instruendo iuuare; sed nihilominus tamen ad facult.es inferiores nullo prorsus modo externos admittendos esse decernimus; omnino enim inferiorum scholarum strepitus nostro instituto nequaquam congruere, definimus; et sat tantũ erit, si ad sup.es facult.es externos admittamus.

Cap. 34.

De locis ad scholastica studia destinandis.

Aptum est omne bonum suis locis, et laudabilia quęq sordescunt, si non in sua sede collocentur, et ideo operę prętium ducimus, ut peculiaria loca scholasticis litterarum studijs deputentur; in quibus ea, velut in suis regionibus, ac possessionibus dominentur.

Ergo in primis, q attinet ad scholasticos nostros, facultates quidem inferiores priuatim eis legere oportebit in domibus exercitiorum, ubi secundum ipsi nouitiatum consistiunt, non tamen excludimus, quin in collegijs eę facult.es inferiores (cum opus erit) nostris perlegantur: Ad facult.es vero sup.es eis tradendas, decernimus, ut domus quędam in singulis Prouintijs constituantur, quę peculia-

ri —

nomine domus studiorum, seu collegia appellentur; ad hoc destinata, ut in eis prędictarum facultatum scholastica studia expedito cursu arripi, et absolui facile possint; sintque tot numero, quot pro ipsis nris scholasticis necessaria erunt.

In domibus autem exercitiorum, nullo prorsus modo eę facult.es sup.s eis pręlegantur, nisi dumtaxat ad tempus, in vno tantum casu, vbi scilicet in aliqua Prouintia sufficiens. collegium non habeatur.

Sed proinde q. attinet ad externos scholasticos, quos quidem ad nra studia confluentes admittimus: inprimis pro eis duntaxat instituendis nullo modo collegium aliq. construi, aut destinari posse decernimus, sed satis est, charitatisque simul, et Relig.s bono, vulet, si in collegijs vbi nostri facultatibus superioribus, addiscendis deputantur, externi etiam ipsi simul cum nris ad scholastica studia admittantur, Omnino enim volumus; ut pro nris principaliter collegia destinentur: cęterum non solum in collegijs; sed etiam in domibus exercitiorum vbi ipsismet nris facultates sup.s in casu iam proposito pręlegentur, externi ad eas addiscendas libenter etiam admittantur.

Denique nullo modo facultas aliqua, siue sup.or siue inferior, siue ad nros, siue ad externos, in domibus recessus, et nouitiatibus separatis prælegenda erit.

Cap. 35.

De exercitatione varia, qua scholastica studia promouentur.

Non satis est, ad studiorum cursus aperuisse viam, sit non etiam ad ea promouenda, quę vim habent, pręscribantur; inter quę primum sibi vendicat locum exercitatio varia, quę profecto mentes auens studijs incremta. ministrat; ut merito scholastici nostri eam debeant toto nissu arripere; quam proinde disponentes, eam 1.o, quę ad facult.es superiores attinet tradema, et

sane

sane repetitionibus scholasticorum, prelectionibus, et disputationum actibus constabit.

Ac primo repetit.es annuis scholasticis coram precep.re fiant, quicumque fuerit, ad repetendum presignatus, lectionem ab ipso lectore iam prehabitam, memoriter, dilucide, ac succinte repetere conetur; et eas pro ro que logice, et phisice, ac metaphisice, necnon Theologie, et conscientie cassuum erunt, quotidianas esse oportebit; que vero mathematice, et ethice rarius fiant, semel scilicet in mense; sed vero preter has, anniversarie, et logice, philosophie, ac theologie repetit.es instituantur, annuis scholasticis in orbem peragende; sive autem quotidiane, sive anniversarie sint, semel tantum in die habeantur, et ad eas scholastici omnes eiusdem facultatis conueniant; preceptor autem quotidianis intersit, anniversarijs autem, l. ipse, l. ex nostris eruditus aliquis presit. Demumque annuis peragentur, ee non in schola coram externis alijs, s. in alio collegij loco priuate fiant, et eodem fere temp.e ad externorum repetitiones in schola audiendas, precipuus aliquis ex nostris scholasticis ingenio preditus deputetur.

Sed alia insuper eiusdem fere generis exercitatio ipsismet scholasticis nostris incumbet, ut scilicet q.d quisque eorum aliquando, dum alij ad mensam assident, vel aliti questione aliqua proposita prelectionem memoriter dilucide, ac distincte scholastico more habeat; eamque varijs hinc inde opinionibus, et argumentis agitatam definiat.

Q.d vero spectat ad disputationum actus in his semper precipua cura adhibenda erit, utpote in qq litterarum cultura consistit, atque inprimis Logice, Philosophie, et Theologie disputat.es quotidie semel instituantur, statim post quotidianas habitas repetit.es hac ratione, ut qui repetierit, defendat, et l. vnus, vel duo argumententur; tres autem hore quadrantes in eo simul exercit.o repetitionis, et disputationis non excedantur.

Disputationes etiam alie earundem facultatum hebdomadarie instituant,

semel scilicet in hebdomada publice in schola habendę, in quibus conclusionibus posit.ᵉ ex alterius hebdomadę prælectionibus desumptę ad unius horę spatium defendentur, duobus argum.ᵗᵃ opponentibus.

Alię vero sint quę menstruę, in singulos menses bis eo die mane videlicet, et vesp.ᵉ unius horę per singulas vices circunscriptę spatio publice in schola habeantur; et qualibet vice duo sint, qui argumenta opponat, l. etiam semel in die ad duas tantum horas peragentur.

Sed et singulos trimestres, l. quadrimestres peculiares, logicę, et philosophię disputationum actus aliq.ᵘᵒ solemnes instituantur: id quod in Theologico cursu singulis annis peragetur, et prætermissa, eo mense disput.ᵉ menstrua eiusdem facultatis, quo die hi actus peculiares celebrabuntur, mane, et vespere publice in schola habeantur, ac singulis vicibus ad duas circiter horas tria argumenta oponantur.

Denique generales disputationum actus adiungendi, quos quidem de universa philosophia sub triennij, et de universa Theologia sub quadriennij fine solemniores (ut par est) instituere oportebit; ęquumque erit (nisi quid obstet) ut horum generalium actuum Theses Typis mandentur; sed nihilominus, siue excudantur, siue manu scribantur, quę a nris defendent, simplices omnino sint, sine ulla dedicat.ᵉ ad alium, a lectore prius, et studiorũ præfecto recognitę, et approbatę; non vero promiscue, et sine delectu, ad eas sustinendas nri scholastici admittantur; examine siquidem opus erit, quo ab examinatoribus, studiorum præfecto, et propio præcept.ᵉ probati, non nisi pauci, et egregie instructi seligantur; qui omnes (suo cuique a studiorum præfecto designato die) generales Theses defendent; non tamen prius, quam eis facultas a sup.ᵉ fiat. Proinde mane, et vespere publice unusquisque defendet, et per singulas vices duarum circiter cum dimid.ᵒ horarum spatium in ea disp.ⁿᵉ transigatur; semperque ad argumenta opponenda tres deputentur, nõ ex nris dumtaxat, sed ex alijs etiam externis; externi etenim professores, et

scholas=

scholastici, tum ad hos generales, tum ad alios, disputationum actus inuitari poterunt; alij ad conclusiones oppugnandas; alij ut ibi assidentes conuentum faciant, quo celebrior actus, ac alacrior, et feruentior disputatio euadat. Sed et diuersarum facultatum professores nostri, alijque Patres, et scholastici ibi intersint; assideat tamen ut preses in quolibet disputationum actu, tum eius facultatis, quę defenditur, lector, tum etiam studiorum prefectus.

Jam vero externi alij scholastici, qui in scholis nostris facultates addiscunt, ad conclusiones sustinendas admitti poterunt, siue hebdomadarijs, siue menstrui, siue etiam peculiares, l. generales disputationum actus habeantur, ijs autem lector noster ex nostris pręsideat.

Sed ulterius quod attinet ad aliorum superiorum facultatum disputationes, eę quidem hac ratione instituantur, ut in studio, seu schola casuum consciētię semel in hebdomada disputetur, in studio item, seu schola mathematicę semel tantum in mense, l. etiam alternis mensibus: problema mathematicum ab aliquo ex nostris scholasticis enodetur, contra quod deinde argumenta opponantur.

Ad illud autem tum philosophię, tum Theologię scholastici, ~~tum Theologię scholastici~~ conueniant; pro Ethicis vero disputationibus obseruetur, ut quoties menstruę, ac etiam generales ultimi anni philosophię naturalis disputationes instituentur, toties ipsis philosophicis conclusionibus, aliquę etiam Ethicę adiungantur.

In studio item scripturę sacrę, ut exercitatio feruescat, locus aliquis pręclarus, et insignis a condiscipulis, elucidetur interdum, contra quem deinde ab alijs argumenta opponantur; ita tamen ut hęc sacra concertatio scripturę limites non excedat.

Denique de varia superiorum facultatum exercitatione illud etiam adiungimus, multum ad eam vigendam prodesse, si peculiares academię instituantur, in

quae proinde statis diebus, certisque legibus exercitia varia ad supᵒʳᵉˢ facultates spectantia peculiari modo efficiantur; illud etiam non omittendum, quod cum nostri ad Religiosorum conventus, vel ad publicas academias, aliosque publicos actus, ut disputent vocantur: id quidem disputationis gratia nobis licebit, non tamē sine superiorum licentia; qui proinde eos illuc mittat, qui apti, et idonei eo loco non putentur indigni, sic tamen, ut si discipulos mittere debeat, de consilio faciat lectoris id, et praefecti studiorum.

Sed actum est iam de varia exercitatione quae facultates respicit supᵒʳᵉˢ. nunc de ea, quae ad inferiores attinet, decernimus, ut nostri privatim inter seipsos exerceātur, et interdum orationes, aut poemata, vel latine composita, vel graece, aut hebraice habeant, emblemata, ac symbola efficiant, inscriptiones componant, aenigmata faciant, et dissoluant; sententias, et frases depromant, ac recitent; dialogorum et tragediarum argumenta, pia tamen, et latina aliquando etiam conscribant, et alia, denique ab eis admittentur, quae humaniores litterae efficatius imprimūtur; si tamen foris publice, sive domi, sive foris recitanda, vel efficienda aliqua essent, id quidem non antea licebit, quam fuerint prius a supᵉʳᵉ et lectore, recognita, et approbata, insuper autem humaniorum litterarum academiae inter nostros ad exercitia promovenda habeantur, et in his conferre disputare, declamare, et huiusmodi alia vicissim peragere oportebit.

Cap. 36.

De alijs medijs, quae scholastica studia promovent assumendis.

Exercitationes varia (quae praecipuum est medium) iam praescripta disponentes modo alia, quae ijsdem scholasticis studijs valde conferunt, inter ea primo praelectionum rationem ab auditoribus exigendam, et dubiorum resolutionem ponimus, et quidem maxime iuverit, ut decimo quinto quoque die praetermissa

eiusdē

eiusdem diei repetitione) praeceptor scholasticis rationem praeteritarum lectionum interrogationibus exposcat; ad dignoscendum, an bene eas callean, et an studio vacent, ut vel sic repescendi occasio (quoad eius fieri potest) ipsis omnino praecidatur; paratum etiam tempus suis scholasticis offerat lector, quo ad eum accedentes, dubiorumque oboriuntur, resolutiones habeant; sic tamen ut in ipsius lectoris cubiculum ingredi sine sup. licentia non possint, praeterquam peculiari quadam hora ipsi lectori opportuna, et ab eodem sup. designanda: et ut etiam externis in hac parte fiat satis, poterit lector absoluta a lectione in schola, s. extra eam ad unius horae quadrantem detineri, adeuntibusque discipulis aborta dubia explanando decidere.

2.º Valde confert, si inter scholasticos nros latinae linguae retineatur usus, ideoque conentur omnes (excepto vacationis tempore, et recreationis horis) latine semper loquantur, et cum ad nros litteras scribunt, latine conscribant.

3.º quam maxime proderit, si suum scholastici peculiare tempus habeant, quo studio vacent, et propterea provida dispositione decernimus, ut in collegiis chorus quotidianus nequaquam statuatur; a quo etiam in domibus exercitiorum (in quibus superiores facultates in casu iam supraposito praelegentur) immunes facimus, etiam vacationum tempore scholasticos omnes, qui eas ibi addiscunt, eo prorsus modo, ac si in collegiis essent, nisi forsam magna ob religiosorum parvitatem urgeret necessitas; tunc enim hoc onere gravari quidem poterunt (excepto lectore) scholastici; verum id non fiat, nisi dumtaxat ad tempus, et de licentia Provlis, suorumque Assistentium, habita prius a Praeposito relatione, et consultoribus eiusdem domus; sic autem graventur, ut cessante necessitate cesset, et onus; sed et cum illud portare cogent, curetur, ut singuli semel in die choro intersint, alij ad matutinum, alij ad horas, alij denique ad vesperas, prout alternas has vices loci praepositus simul cum lectore praefixerit, ulterius etiam in eadem exercitiorum domo, ijdem scholastici vespertinam orationem, ad dimidiae horae spatium efficiant, prout in collegiis observatur.

Iam v.º

Iam vero alterna a choro remissio concedi poterit a sup.e domus (si sic ei videbitur) etiam ~~iis~~, qui in ipsis met exercitiorum domibus inferiorum facultatu studijs secundi nouitiatus t.pe vacant. Nihilominus tamen quacumq ratione, tã sup.es quam inferiores scholastici, sic erunt immunes, semper tamen diebus festiuis choro interesse teneantur.

Ceterum exercitiorum occupat.es aut domestica ministeria, quę animum a studijs avocare facile possunt, scholasticis facultatum superiorum obeunda, etiã vacationis anniuersarię temp.e nequaquam tradantur; rebus insuper friuolis, aut otiosis tempus terere, l. libros a profess.e alienis operam dare ne permittãtur; et ideo prefecti studiorum erit, sup.e consio, et ex lectorum consilio neccesarios tantũ libros cuiq designare; hac ratione, ut philosophię auditoribus Arist.es et Theologię scholasticis summa D. Thomę, ac Tridentinum Concilium, et Bibliorum liber non desit, et pari modo humanitatis librum, quem certis temporibus legere nõ omittant, singuli scholastici cuiusq facultatis habeant. An autem alicui Theologię scholastico concedendus etiam sit pater aliquis, studiorum prefectus (sup.e ac lectore monitis) viderit.

Sed et cauendum vlterius erit, ne dum scholastici prę lectionem auscultant, aut alijs ~~in~~ scholasticis exercitijs vacant, ab eis aliquo modo auocentur, sed si quid urgens occurrat, sine licentia tamen sup.is et lectoris, ab schola nemini abesse licebit; nemini etiam ex ipsis priuato studio deputatum tempus, quo lectiones excurrere, ponderare, et mente pertractare debeat, l. denegetur, l. alijs occupationibus, interrumpatur.

Deniq ut omnia precidantur, quę studiorum cursus retardare quoquomodo valent, consentaneum erit, ut qui scholastici, ad sacros ordines promoti non fuerint, ad eos sine urgente necessit.e, donec studiorum curricula absoluerint; l. saltem prope eorum finem accesserint, non promoueantur.

Sed iam vlterius studiorum curricula, quarto loco valde promouebit, si assiduitas, et ~~assidua~~ constantia in illis retineatur, et ea prop.r lectores ad contiones

inquad=

in quadragesi.ma l, alijs temporibus habendas, nulla ratione deputentur, nec alijs quibuscumque occupationibus distineantur, ut vel sic sine interrupt.e suumquisque cursum absoluere posit.

Praeterea lectiones, et alia quaeuis exercitia inuariato semper pede procedant, et constanti lege disponantur, unde pro his tempus, et horae opportuna diuisione statuantur, et nullomodo ea variare licebit, sed in semel cepto constanter perseuerandum; nihilominus tamen si pro Religionum varietate, et vsu neccesarium forte esset aliquid circa ordinem horarum, l, exercit.a vel etiam vacationes variare, Pater Generalis consulendus erit, cuius praescripto (re prius cum Assistentibus in consultationem vocata) standum erit.

Ceterum sicut assiduitas, ita etiam vacatio, seu feriatio litterarum studia quinto loco iuuabit, deposito enim aliquantisper onere, et animus re leuatur, et utilius intermissa repetuntur; quare quo die feriabitur, nulla in schola exercitia peragantur, sed et dies vacandum praescribentes, hebdomadaria in primis vacatio habeatur, quae scilicet singulis hebdomadis dies vnus quieti destinetur; feriabitur etiam a vigilia Natiuitatis D.ni ad festum vsque circuncissionis, A quinquagesi.ma + vsque ad dominicam in Albis inclusiue; in vigilia Penthecostes; pridie item solemnitatis corporis Xpi, et in commemoratione defunctorum; sed et festorum etiam cathalogus pro regionum vsu, et ritu, in quolibet collegio statuantur. || vsque ad feriam quartam cinerum, A Dominica palmarum

Denique vacatio Generalis, siue anniuersaria adiungenda erit, quae quidem pro facultatibus superioribus breuior erit vno mense, nec longior duobus; eo autem t.pe fiet, quo cuiusque facultatis cursus absoluitur; scilicet prope finem aestatis; l, aut diery: hac ratione, ut renouat.a studiorum initiu prosequenti anno, l, prope finem octobris, l, in princip.o Nouemb.is sumi posit.

Iam vero praeter has vacat.es nullae aliae nouae introducantur; in princip.o autē renouationis studiorum oratio publice in collegio ab aliquo uiro erudito habeatur, ad quam lectores omnes, et scholastici conueniant.

Sed

C.G.10. D.34. f.49. 74.

Sed nihilominus anteq.m studiorum cursus iteretur, ut ab una ad aliam facultatem recto ordine fiat transitus, examen sexto loco ad studia dirigenda necessarium erit, quo sane discipulorum progressum comprobare oportebit; ergo nisi prius n.ri examinentur, a logica ad Phisicam, a philosophia ad Theologiam ne transeant; quare absoluta logica instituatur examen, quod omnino accuratissimum erit, et ad illud conueniant sup.r, eius consult.es, studiorum prefectus, logicę lector, ac deputati examinatores; Proindeq. quisque ex n.ris logicis examen hoc subire debebit; modus autem in eo seruandus, in libello de rat.e studiorum, in peculiaribus regulis examinis faciendi habet.; Sed vero de quolibet, qui fuerit examine comprobatus, iuditium a prędictis patribus feratur, an idoneus sit, ut philosophię deputetur; quo de singulis sato Prouli, deinde cuiusq. aptitudo, l, ineptitudo ab eisdem patribus scripto aperiatur, et qui non fuerit idoneus repertus, non tamen a studijs omnino poterit amoueri, nisi Prius res tota a Prouli, de voto suorum Assistentium decernatur; idem prorsus eodem modo examen, et eadem iuditia fiant, post absolutam philosophiam pro transitu ad Theologiam. Verum licet quis a Philosophia, l, a Theologia ut ineptus, l, inabilis amoueatur, omnino tn conscientię casibus, sub precept.e addiscendis detinetur; sic enim nostro poterit se aptiorem redere instituto. Cęterum ne ordo confundat.r, in illo examine, quo (ut supra decernimus) ad generales Theses sustinendas n.ri comprobantur, id tantum iuditium feratur.

An scilicet pro illo disputat.is aptus sit, nec ne, qui assumi debet, idoneus, nihil vero pro transitu ad aliam facultatem decernatur.

Iam vero septimo loco non parum proderit, si sexto quoq. mense peculiaris de studiorum promotione congregatio peragatur, quam quidem super.r conuocabit, et ad eam conueniant, tum ipse, tum studiorum prefectus, tum etiam omnes eius collegij lectores, et primum in ea aliquid de rat.e studioru, in peculiari de h ac re libello, et simul etiam pręcedens caput de exercitatione

Varia

varia, et hoc aliud hic præscriptum coram omnibus legatur. Deinde de eorū obseruat.ᵈ quid occurrat, discutiatur, et siquid aliud ad studia promouenda se offerat, pertractetur, tum autem de illorum studiorum profectu Ꝑ. Voulis certior fiat.

Sed illud tandem ad studiorum iuuamen, vltimo loco remanet adiungēdum, q.ᵈ primarias vices, inter reliqua sibi iure vendicare videatur; est, que pietatis feruor, ac deuotionis studium; quare cauendum ne orationis assiduitas, modestia, cęteręq virtutes,ᵃ ut negligantur, aut remittantur; quin potius regulas omnes relig.ⁱˢ exacte, sibi obseruandas esse intelligant; sed etiam conentur, pręcipue non aliud in studiorum cursu intendere, quam ut idonei euadentes animarum lucra D̄no perquirant, et ut etiam externi ad deuot.ⁱˢ studium excitentur, tum Religiosę vitę exemplis, tum etiā exortationibus (quas singuli lectores, in sua quisq schola q.ᵈᵒque habeant) adiuuandi erunt.

Expediret etiam externos in academia non admittere, qui alicui n̄ræ congregat.ⁱ adscripti non essent, sed tn̄ sup.ⁱˢ studio reliquatur.

Cap. 37.

De collationibus conscientię casuū peragendis.

De primo studiorum genere, q.ᵈ scholasticis constat, iam fusius peregimus, secundum adiungimus, quod moralia continet conscientię casuum exercitia collationibus peragenda, quę quidem pręscribimus, ad hoc, ut debita semper, et necessaria eruditione sacramenti pęnitentię munus exerceatur a nostris.

Proinde in singulis exertitiorum domibus bis in hebdomāda habeāt,ᵘʳ in collegijs autem, bis, vel semel, etiam si scholasticis ibi casuum lectiones tradāntur; ad eas porro conuenient, sacerdotes omnes, ijs exceptis, qui lectoris, concionatoris munus, actu obibunt; nec aliquis sine sup.ⁱˢ licen.ᵃ ab eis se eximat, quę

tamen

raro concedenda est; immo sup. ipse, nisi graviter impeditus, ibi interesse non omittat. Ad hec modus in his habendis collationibus talis prescribitur, ut scilicet deputentur a sup. ex sacerdotibus unus, qui cassuum doctrinam bene calleat, isq peculiarem aliquam, ex eiusdem prescripto materiam seligat, de qua erunt collationes habende; ac de ea bis in hebdomada casus aliquos in tabela descriptos et in collationum loco defixo proponat; et interim qui debent collationibus interesse, omnes privato studio de propositis casibus, singuli singulos legant libros, quos cuique legendos sup. designaverit; postea destinato tempore convenientes, sic collatio habeatur, ut primum de primo casu singulos deputatos sacerdotes interroget, quid de eo sentiat cuiusq doctorum; deinde quam ipse tutiorem, ac probabiliorem privato studio doctrinam collegerit proponat, et explicet breviter tamen, et distincte; et eadem ratione reliqui in ordine casus conferantur, et decidantur; idq totum exercitium ad circiter hore spatium perdurabit.

Cap. 38.

De privatis cuiusq litterarum studijs.

De hoc tertio studiorum genere agentes, illud primo singulis commendamus, ut ~~otium~~ conculcantes pervigili mente iuxta suam quisq professionem huic studio incumbant, ut sic in dies nostro instituto se aptiores reddere possint. Et ne eis libri desint, prescribimus, ut in singulis nostris domibus, Bibliotheca omnis librorum copia bene referta habeatur, ad cuius curam prefectus deputetur, qui his conservandis invigilet, clausa tamen sit, illisq dumtaxat concedetur clavis, qq studere incumbit.

Sed proinde ut paratior cuiq privatis studijs vacandi detur occasio, concedimus, ut de licen. sup. quilibet posit libros eleemosinis ab eo hoc intuitu quesitis, sibi emere, aut alio modo comparare, et illis quidem (donec ipse in ea domo vbi eos comparaverit, commoretur) utendi facultatem habeat, tamen ab ea cum discesserit, eos omnes libros, vel alteros nequaquam altero Religioso

relinquat

relinquat, sed omnino ad communem eiusdem domus Bibliothecam deferre teneatur, peculiari indice, apud se retento, præter eum quẽ Bibliotecæ perfectus eodem modo habebit; ibi vero ita adseruentur, ut eos inde, vel eorum aliquem extrahere nec etiam de sup.is licent.a quisq̃ posit, donec ad eandem redierit domum, qui illos sibi comparaverat; licebit enim ei a Biblioteca extractos in cubiculum denuo, ut illis vtatur accipere; omnino tñ omes illi, et singuli sibi communicati esse intelligantur, eiusq̃ sane domus in qua fuerit, ab eo cõparati; nec vllo unquam temp.e, vlloq̃ prætextu ius aliq.d super illos eum habere volumꝰ, et ideo in illis, neq̃ aliq.d imprimere signũ, neq̃ etiam (ad vsũ talis) inscribere quoquo modo possit; sed dumtaxat insignia eiusdem nřę domus in singulis imprimant; concedimus ergo solum, ut quoad in ea domo conuixerit, ipse continuato cursu illis valeat uti; sup.or tñ facultatẽ quidem eos ipsi auferendi habebit, verũ sine rationabili, et graui causa id nullo modo efficiat.

Iam vero manu scripta de sup.is licen.a sibi comparare cuiq̃ licebit, eisq̃ vtendi, ita facultatẽ habeat, ut etiam quocũq̃ ierit ea secum ferre libere posit; nec a sup.e eidem sine graui causa, et sine Genlis, l, Proulis, suorũq̃ Assistentiũ voto, siue omnino, siue ad tps auferantur. Postremo Profanos poetas, et huius modi alios libros legere, aut in cubiculo habere nemo omnino posit; sed si aliquid ex illis utiliter depromere sit necesse, sup.is licentia habeatur.

Cap. vltimũ

De ijs, quę ad oia nřa studia Consequuntur.

Scholastico Studiorum curriculo sub præceptore peracto, qui illud absoluerit, in eam, quam Proulis assignauerit domũ commigret, ibiq̃ spiritualia exercitia omnino peragere teneatur, ut tepefactꝰ scientia sp.us pietatis, et charitatis ardore decalescat. verũ tñ ut scholasticus quis, quam in schola didicerit Theologiam aptiori via priuatũ remotis impedim.tis percurrat, concedi ei poterit, a Prouli de Assistentium voto, ut illi priuato studio per biennium anteq.m ad illud applicetur,

in collegio vacet; et ut magis hoc studium biennale proficiat, interdum quęstiones aliquas scholastico more, ac si eas in schola p legere oporteret, conscribat; interdum etiam p prelectoribus coram nobis in privato domus loco habeat, theologicis disputationum actibus intersit; et cum Philosophię disputationes menstruę habent, licebit etiam ei argumenta resumere; atque his, et alijs exercitationibus totum biennii tempus traducat. Pręcipue vero quatuor disputationum actus habere oportebit, tempore ei congruenti, et disputationis ordine designato: in quibus sane actibus totas theologicas materias fere defendet; ita tamen ut tres actus particulares sint, ultimus autem Generalis, et in ijs quidem poterit, ut ei licebit a Magistri sententia discedendo, proprię adhęrere. Denique ipso hoc biennali tempore ad Theologicum, scripturę, etiam sacrę conciliorum, canonum, et contrauersiarum privatum studium adiungat, ut in omnibus eruditus euadens, idoneus Dei minister effici posit.

Proinde autem ad scholastica studia illud insuper consequitur, ut statim peracto curriculo, de quolibet scholastico, eiusque in studijs profectu certior fiat a superioribus Provincialis sed, et qui fuerit a scholis eductus. quidquid de eo superiores disponant, toto animo exequi sit paratus.

Postremo ad omnia in universum studia, sive scholastica, sive privata, optimaque ratione consequitur librorum scriptio, et ad commune bonum editio, de qua sane statuimus, ut qui ad eos scribendos talento est pręditus, scribat quidem, eos tamen in lucem edere, nulli liceat, nisi prius a Patre Generali, et a precipuis deputatis examinatoribus, pręcogniti, et approbati ~~non~~ fuerint.

Finis primę partis.

CONSTITVTIONVM C.R.M.

Pars Secunda.

De personis qq. hec nra Religio constat.

Vata legum ratio, quibus Religio moderatur, ut finem p̄figit, ac media parat, sic et personas designat, quę per ea media ad eum finem contendant; de quib, iure secundam hanc partem instituendam aggredimur. et primo quidē de his in communi agentes, p̄scribemus simul varietatem, et appellationem, admissionem, et educationem, dimissionem, gradus, et ordinem. secundo in particulari de simplicib, clericis, de sacerdotibus ac tandē de laicis agemus.

Cap. 1.m

De personarum nrę Relig.is variet.e et appellat.e

1. Quod primo nobis loco de personis se offert, varietas est, et appellatio earum; et varietatem quidem, sic prima veluti divis.e designamus, ut alię sint personę ad clericalem statum assumptę, quę spiritu non solum, sed et litteris instructę cultus divini minister.o fungi, et p̄prię possint, et proximorum saluti intendere, Alię v.o quę Laicorum statum assumant, quę p̄inde, et si litteris ineruditę p̄prię tn incumbentes saluti, domestica simul Relig.is ministeria, Marthę offit.o fungentes, obeunda suscipiant. incōmuni disponendum

2. Ex his (q.d expectat ad personas clericalis statu) secundā divisionem sic constituimus, ut alię sint, quę probat.is seu novitiatus temp.e a die ingressus traducant, alię vero, quę peracto iam probat.is tpe solemnem quatuor votorum professionem emittant. Sed sive novitij sint, sive professi tertiam hanc eorū adiungimus,

ut alij sint, simplices clerici, qui ad sacerdotalem gradum nondum peruenerint, alij in eo constituti sacerdotio funguntur; sed et sacerdotes his gradibus distinguantur, ut alij sint in primo gradu constituti, alij vero in 2o, alij insuper capitulares, qui ius suffragij habeant, alij vero qui hoc iure careant de quibus in specie suo loco dicetur.

3. Quod autem spectat ad eas personas, quę laicorum statum assumunt, non alia diuisione distinguendas esse censemus, quam, ut aliq. sint, quę in probatione, seu nouitiatu versentur, alię quę peracta probatione solemnem trium votorum professionem emittant: Atque in vniuersum sic se habet personarum quibus nostra Religio constare debet, varietas; modo earum appellatio designanda, et quidem communis omnium nostrorum, ac totius Religionis appellatio, hęc erit, nimirum. Clerici Regulares Minores, Magis vero in particulari quod attinet ad varios personarum status, pro his quidem, qui clericalem statum assumunt, designatur, non alia, quam clerici appellatio, et ex ijs alij dicentur simplices clerici, alij sacerdotes, alij nouitij, alij professi; pro ijs vero, qui litteris inerudit, domesticis ministerijs fungi debent (laici) nomen aptum erit, laici quidam nouitij, vel laici professi.

4. Ad huc tamen ad personas ipsas in particulari descendendo propria cuiusque appellatio, quo ad prenomen, nomen, et cognomen talis erit, nempe nomen; l. propium, quod in sęculo habuit, vel quod ei superior in Religionis ingressu imposuerit; nam poterit superior nomina tum temporis ad libitum mutare, et noua imponere, id quod consentaneum erit, ut non animo, et affectu solum, sed et nomine toti mutentur, qui veterem hominem exuuntur, nouum in sanctitate induere parant; verum quod de nouo nomen imponitur, tale sit, ut nouitio non displiceat, imo absoleta nomina iuxta Regionum vsum nequaquam imponantur, cognomen vero non aliud sit, quam quod propium est, cuiusque familię. Et denique prenomen, pro simplicibus quidem clericis, siue nouitijs, siue professijs, ac etiam pro sacerdotibus, nouitijs, ac pro laicis omnibus

frater

(frater erit) pro sacerdotibus vero professis prenominis insigne erit, Pater, honorifico autem illo prenom.e (Don) nostrorum nemo vtatur, sed et in loquendo, et inscribendo hos titulos nostris dabimus. Patri quidem Generali, ac etiam presidi capli Gen.lis (paternitatem) ~~p[illegible]~~ inscribendo, non alia autem vera ad titulos expectantia addemus, quam hec nimirum admodum (R.do P.ri; alijs vero superioribus, et sacerdotibus professis (Reuerentiam) dabimus, simplicibus vero clericis, et laicis peculiares titulus non prestetur.

Cap. 2.

De personarum ad nrum institutum admissione in vniuersum.

1. Consequenti ordine personarum admissio prescribenda se offert, per quam intelligimus eam, qua quis siue clericus simplex, siue sacerdos, siue etiam laicus ad nrum recipitur institutum, et inter alios Religiosos, ~~aut~~ Religiosae vitae cursum cum eis arripere; l, in statu clericali, vel in clasi laicorum adscribitur, que plane cum magnum in Relig.ne momentum habeat, et prima sit ac precipua totius status Relig.si ianua, optimis eam legibus communire oportebit.

2. Proinde autem completa ratione ad nrum institutum admissus nemo censebitur, nisi hij, qui expresse ad solemnem professionem, per quam votis ligatur, emittendam recipitur; quam tn necesse erit, ut velut optime disposit.ae aliae admissiones precedant, et eas omnes, tum pro ijs, qui clericalem, tum etiam pro ijs, qui laicorum statum assumunt, ad 3.u dumtaxat reuocamus, et prima quidem admissio erit, ad ingressum Relig.nis per quam primo quis ad communem cum alijs viuendi societatem recipitur, non tamen per eam ad annum probat.is a Tridentino Concilio designatum admissus dicetur; nam ex peculiari volumus instituto, ut donec ad huiusmodi probat.is annum admittatur, veluti hospes interim habeatur, ut sic an ei nra Religio arrideat, obseruet, et nos vicissim,

Tradat manibus numipse nobis idoneus videatur, contriectemur. ex quo primam hanc admissionem placuit nobis admissionem non solum ad ingressum Relig.us sed etiam ad hospitiu appellare.

3. Quam deinde secunda admissio consequatur, quae ad annum probat.s erit, eamque placuit ad habitum appellare, nam licet, qui est admissus ut hospes Religiosam vestem gestare debeat, ut infra disponemus, habitum tamen Relig.s nequaquam induisse ex nostro instituto dicetur, ad quem profecto, hospitij temp.e transacto peculiari ritu admittendus erit, et ab eo temp.e annus integer probationis a sacro Concilio designatus incipiet.

4. Denique probat.s tempore expleto tertia admissio subsequetur, quae sane erit, pro clericis ad quatuor, et pro laicis ad trium votorum solemnem professionem, et per eam recipitur quis, et Relig.s membrum completa ratione efficitur, eique vere incorporari dicetur. Atque in universum sic procedet personarum admissio, necesse tamen erit, ut sigillatim de singulis ipsis agamus, et quae ad eas requiruntur praescribamus

Cap. 3.

De prima personarum admissione, qui est de ingressu Religionis.

1. Ut haec prima Relig.s ianua ingredi postulantibus recto ordine patescat, necesse est, ut qualitates, admittendorum impedim.ta ne quis admitti possit, facultatem admittendi, et actus denique in admiss.e requisitos praescribamus:

2. Et a qualitatibus incipientes constare aliquid debet, et si charitatis zelo omnes in universum complecti, et eorum saluti absque except.e incumbere teneamur, ad Dei tamen gloriam, et commune Relig.s bonum necesse erit, ut in admittendis ad regularium statum delectus habeatur, neque promiscue omni hominum generi ianua patefiat, et ideo in his .1.o qui clericalem statum complectuntur iure exposcimus.

Quoad spiritum
3.

3. Spiritum, ut sint diuina gratia vocati, deuot.e compuncti, perfectionis auidi, ad vitæ mixtæ institutum propensi, et tales, qui inditia perseuerantiæ præseferant: quoad talentum, ut sint iuditio pollentes, ingenio præditi, ad scientias adipiscendas idonei (et si fieri potest) etiã sermonis gratia dotati.

4. Quoad alias dotes, ut sint humanioribus litteris eruditi, natura quieti, corpore sani, nam strenuis Religio operarijs indiget, et denique (quoad ~~da~~ eius fieri potest) non turpes, aut deformes, ne proximos, quibus cum agendũ erit, a nobis auertamus. Porro nobilitatem, si aliæ qualitates adsunt, ut necessarium non ponimus, postremo quoad ætatem, ea quidem talis erit, ut admittendos ad institutum, non inhabiles reddat; et qui quadraginta annos excedit eatenus eum admitti posse decernimus, quatenus Prouis licentia habeatur. Cæterum has omnes designatas qualit.es prudentiæ Regula metiri oportebit. Pro.tis Licentia requirit ad admittendũ eũ qui 40. annos excedit, tã in clericis quã in laicis.

5. Sed proinde in personis, quæ laicorum statum assumunt, has easdem, quas modo præscripsimus, qualitates exigimus, præter eas, quæ in litteris, sermonis gratia, ingenij aptitudine, et huiusmodi quæ propia sunt clericorum, consistunt; sed vero ætas in illis talis erit ut decem, et octo annos expleuerint, et si insuper quadraginta annorum ætatis quis esset, sine Prouis licentia admitti non poterit, Ulterius ~~et~~ quoniam temporalibus exercitijs ex propia vocatione destinandi erunt, strenuitatem virium, et corporis vigorem præcipua ratione, ~~et~~ in his requirimus, ut libenter, et facile subeundis laboribus aptentur, congruum etiam esset ut aliqua arte pollerent. Ad admitendũ laicos reqrit ut expleuerint 18. annos.

6. Sed iam ad impedimenta, transeamus, quæ obstare possunt, ne qua aliqua persona ad nræ Religis ingressum, ut nræ vitæ cursum accipiat ~~ur~~, admittatur, quæ sane omnia ad tria genera reuocamus, et primi ~~...~~ quidem generis sint, ea, quorum vnumquodque omnino volumus, ut nri instituti incapacem quemlibet reddat, adeo ut in eis, si eorum aliquo nullo modo, nulloque prætextu, nullo vnquam temp.e, neque etiam a Genli quantumvis consensum præbeant,

Assistentes, dispensari possit. huiusmodi sunt:

Primo siquis Hæreseos, vel suspectus; vel denuntiatus fuerit.

C. G. 23. D. 9. f. 65. 2.° siquis a Parentibus, l. avis Iudæis, vel mauris progenitus fuit.

3.° siquis ex illegitimo matrimonio natus sit excepto solum si filius pure naturalis ex soluto, et soluta existat, de quo mox infra disponemus.

4.° siquis publica infamia laboret propter inormia peccata.

5.° siquis aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut graviora Reus, aut suspectus existat, aut propterea damnatus sit, ut ne damnetur formidet, nisi a summo Pontifice dispensatio habeatur

6.° siquis ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum sit gravatus, vel reddendis rationibus, ita obnoxius, ut ex huiusmodi causa, lis, et molestia iam sit ei illata, vel timendum sit, ne inferatur, nisi tamen summus Pontifex dispensationem dederit.

7.° siquis tali sit infirmitate obnoxius, ex qua ei intellectum, aut iuditium obscuratum contingat habere; vel ad huiusmodi infirmitatem dispositionem habeat.

8.° siquis in alia Religione, l. etiam in nostra laicus novitius; vel laicus professus extiterit, et ad nostrum clericalem statum recipi postularet.

C. G. 7. D. 6. f. 2. 9.° demum siquis in alia religione professionem emisserit; atque hæc omnia, et
C. G. 9. D. 12. f. 22. singula erunt primi generis impedimenta.

Secundi vero generis impedim.ta constituimus ea, quæ non omnino nostri instituti incapaces efficiunt eos, qui admitti postulant, sed solummodo idoneos reddunt, ita ut in eis aliquando dispensari possit, sed raro tamen, et ut maius Relig.is bonum, atque non nisi a Gen.li, de suorum Assistentium voto. Huiusmodi sunt:

D. Primo siquis non quidem avos, aut parentes iudeos habuerit, sed tantum si a proavo, vel a proava huiusmodi labe infecti originé duxerit.

2.°

2.º siquis filius naturalis ex soluto, et soluta existat.

3.º siquis in alia Relig.e novitius fuerit.

4.º siquis corpore notabiliter est deformis, vel defectum habeat, in integritate membrorum.

9. Tertij generis impedim.ta quæ vel Prov.lis dispensat.e aliqua nõ indigēt difficilem tñ reddunt, ad missionem, et matura opus habent discussione huiusmodi sunt:

1.º siquis irregularit.e aliqua irretitus teneatur, non enim admittendus erit, antequ.m impetrata dispensatio fuerit.

2.º siquis in proprio sensu obstinatus, vel superbiæ contumaciæ, et fastidiosæ naturæ existat.

3.º si iuditio, et ingenij aptitudine parum polleat.

4.º siquis adolescentiæ fines egressus facultatem aliquam non calleat, vel ad eam adipiscendam sit ineptus.

5.º siquis in ætate sit legitima, vel plus æquo provecta, et complexionis debilitate ad Relig.us onera sit impar.

6.º siquis crimen aliq.d prætera, quæ in p.º genere sunt præscripta perpetravit, aut fuerit de illo accusatus.

7.º siquis sorores collocandas, vel parentes egenos habeat.

8.º siquis ut parum idoneus in una nrã domo admissus non fuerit, vel si admissus habitum, sive sponte sua, sive a patribus dimissus reliquerit, non enim admittendus erit, nisi cur aliti admissus non fuerit, ante cognoscatur, proinde discussione, et maturitate in his omnibus opus erit, et omnia prudentiæ trutina examinare oportebit.

10. Cæterum hæc ipsa triplicis generis impedim.ta eodem prorsus modo, quo clericorum admissionem impediunt, et laicorum, et admissionem obstabunt, excipimus impedim.ta illa tertij generis, de ingenij ineptitudine, de carentia litterarum, ac de irregularitate, quæ ad laicorum statum nihil referunt.

11.

C.G.10.d.8. f.36. 11. Iam vero post impedimenta tertio loco facultas admittendi se offert, quę sane in singulis nrîs domibus cuiuscumq generis, ubi novitiatus non erit, et in singulis novitiatibus item separatis penes locale caplum subsistere debet, ita tn. ut anteqm. de aliquo admittendo decernat, prius Prõulis fiat certior, eius que responsum expectetur, nec sine eius licentia congregari in hoc casu capitulum poterit, vel admissio decerni, si tn gravissima aliqua ratio quempiã cito admittendum esse urgeret, adeo ut Prõulis licentia expectari nequeat, tunc sane poterit locale capitulum eum admittere, sed tota deinde res Provintiali describatur.

12. Cęterum in domibus exercitiorz ubi coniunctus novitiatus erit, admittendi facultatem, et locale caplum, eiusdem domus habebit, verum nulla ei Prõulis licentia nãria erit.

13. Sed ulterius actus pręscribentes, quos in hac prima admissne. peragere oportebit, inter eos primo loco ponimus, deputationem, quę a supre. fieri debet, unius, qui ingredi postulantem in omnibus dirigere ex munere habeat, donec Religionem admissus ingrediatur.

14. 2º. erit allocutio, ut scilicet, qui admittendus erit, cum aliquibus admittẽdi facultatem habentibus, de sua vocatione, et Religionis proposito privatum sermonem habeat, ij vero sint supri, et consultores; cęteri vero caplares cum eo colloqui non necessario debent.

15. Ttiº. erit examen, quo facile innotescet, an is, qui admitti postulat, qualitates ad nrum institutum requisitas habeat, vel aliquo ex pręscriptis impedimentis cuiuscumq generis detineatur; quare deputandi erunt, a caplo Locali ex consultorum numero, duo examinatores, qui ad examen cum procedent, interrogent admittendum, Pº. de impedimentis primi generis, prudenter tamen et dexterę, ne is, aut pudore afficiatur, aut occultandi occasionem habeat; et si forte in eo ex ijs impedimentis unum aliqdo. detegatur, nihil amplius remanet faciendum; sed modestis, et placidis verbis, quam primum dimittatur.

Si vero

si vero nullum ex ijs in eo reperiatur, ulterius interrogetur de alijs impedimentis secundi, et tertij generis, de qualitatibus requisitis, et praesertim (si ad statum clericalem assumendus erit) de eruditione, ingenij aptitudine, iuditio, et huiusmodi alijs, quae late in regulis praecipuis examinatorum praescribentur: omnia vero cum sup.e constantur. Ad haec quartus actus scilicet informatio, et inquisitio adiungatur, pro eo nimirum qui nobis parum notus videtur, hac ratione, ut cum fuerint ab ipso eius amici, sodalesque vel ab alijs, qui eum agnoscunt, exquiratur eiusdem genus, mores, vita, fides, institutum, et huiusmodi reliqua, quae ab ipsomet, qui ingredi postulat sciscitari, non est aequum; nullo autem modo recipiatur, si haec informatio non praecedat, quae proinde examinatoribus tantum necessario incumbent. "Propinqui, praeceptores significati, diligenter ab eis, L.

16. Praeterea vero 5.s actus videlicet probatio spiritus consequetur, qua per plures dies, vel hebdomadas (nisi quid obstet q.d moram non patiatur) qui admitti petit probetur, et vario (si opus fuerit) experimento dignoscatur; atque interim instituti nostri ratio, et quae Relig.sis incumbunt, onera explicentur, et si ad laicalem statum admittendus quis erit, proponendum ei, quod onera Relig.is in domesticis ministerijs, et vilissimis subire, et Marthae offit.o fungi debebit, quoad studia, et ordines nulla ei promotio exratione status concedetur, et caetera huiusmodi: interim, et curandum, ut qui sic probatur, sacramenta confessionis, et communionis in Ecclesia nostra frequentet; immo si t.pis, et personae ratio id patiatur, spiritualibus exercitijs peragendis di.ptari poterit, ut sic magis probata virtute securius Relig.is institutum ab eo accipi possit.

17. Porro his omnibus sic diligenter praemissis 6.s actus adendus, qui scilicet erit, capituli localis congregatio, ac in eo acceptatio, nec ullo modo admitti quis poterit, nisi congregato cap.lo maior capitularium pars assensum praebeat; sed vero hac ratione in eo procedatur, ut prius examinatores referant, C.G. 13. D. 8. f. 65. et Const. infra f. 91. et 94.

quid de novitij aptitudine sentiant, tunc vero per publica suffragia decernatur, an his admitti debeat, vel dimitti, vel ad aliud tempus eius admissio prorogari, prout in Dno magis expedire cognoverint: si admittatur, eius statim admissio in libro actuum localium a secret.o notetur, et ab omnibus capituli patribus subscribatur.

18. Sed et postremus actus subsequenter erit novitij ingressus, de quo statuimus, ut ubi novitiatus domui coniunctus habebitur, statim a sup.e novitiorum Mag.o instituendus tradatur, et neque per diem in alio domus loco detineatur, sed illico ad novitiatum mittatur, ibique constitutus, ut hospes per quatuor menses habeatur; et ut eo tempore, quo perdurabit hospitium, non alienus omn.o a Relig.e videatur, religiosa veste, post aliquos dies, vel etiam statim induendus erit, sed sine solemnitate, vel ritu aliquo; quae sane vestis eiusdem materiae, et formae erit, prout eam alij gestant religiosi; in hoc tamen diversa, quod pro hospitij signo scisuram in fimbria a parte anteriori habebit, atque sic indutus in novitiatu cum ceteris novitijs sub Mag.i cura educabitur, et conviuet; eius tamen secularia indumenta, et alia quae secum tulerit bona in communi vestuar.o reponantur, et ab ipso novitio manu propria peculiari eiusdem vestuarij libello adnotentur, ibique asserventur, donec professionem novitius emiserit, denique in peculiari libro conscribendus, et erit novitij ingressus praesignatis ibi die, mense, et anno.

19. Illud autem ultimo omittendum non erit, ut si quando filius quis naturalis existens, vel qui in alia Relig.e novitius fuerit, sive et qui a proavo, vel a proava iudeis originem duxerit, in nra Relig.e de Gentis, et Assistentium licentia admittantur, nemo sit, qui audeat, nedum tale eorum genus; aut quem reliquerunt ordinem improperare; sed qui mussitare de hac re ausi fuerint, graviter puniantur; dedecet namque Religiosos viros, de genere, et prosapia, l. sua l. aliorum sermonem serere, et peccant non leviter ij, qui nugis, et dicterijs violant charitatem; satius fuerit, et prudenter actum reputabitur,

et cum

ut cum huiusmodi labes ingredi postulantium, vel iam ingressorum contectæ forsam fuerint, qui illas resciverit alijs quidem celet, sup.ᵒ vero sub secreto deferat; qui tñ se naturalem esse, vel in alia Relig.ᵉ fuisse novitium tacuerit, si post professionem id sciatur, multetur, sed arbitraria pœna. Cæterum si accidat, ut post acceptionem novitij in cap.ˡᵒ, ipse ingressum ultra duos menses diferat, volumus, ut iterum cap.ˡⁱ consensus accedat, sine quo recipi nequaquam possit. Admissus si ultra duos menses diferat ingressum; iterum cons.ˢ capli accedat.

Cap. 4.

De 2.ª personar. admiss.ᵉ quæ est ad habitum.

1. Ad Relig.ⁱˢ ingressum iam admissi, ut eius statui divina gratia dirigente vinculo arctiori copulentur, necessaria eis (gradatim procedendo) secunda admissio erit, qua ad habitum, seu ad annum probat.ⁱˢ recipiant.

2. Et huius quidem admissionis tempus ante omnia præscribentes, decernimus (q.ᵗ ad clericos attinet) ut non nisi post quatuor a die ingressus elapsos menses (quibus plane eorum hospitium concludi debebit) ad habitum Religionis admittantur; quamvis si iusta intercesserit causa, poterit quidq. non Localis sup.ᵒʳ, vel locale cap.ˡᵘᵐ, s.ᵗ Prov.ˡⁱˢ de Assistentium voto illorum mensium contrahere spatia, ita tñ ut hospitium non omnino tolli videatur, et idcirco hæc temp.ⁱˢ contractio ante expletum a die ingressus mensem unũ nequaquam fieri nulla unquam ratione valebit, sed et præterea sicut aliq.ᵈᵒ contrahi, ita etiã iusta intercedente causa, hæc quatuor mensium spatia, tum a Patre Prov.ˡⁱ, tum a cap.ˡᵒ locali, tum etiã de consultorum voto a locali superiore protrahi poterunt.

3. Quod autem attinet ad tp̃s secundæ laicorum admissionis, eorum quidẽ hospitium duorum tantum annorum spatio concluditur, quo elapsu tp̃s erit, eos ad habitum admittendi; nullatenus tñ spatium illud contrahet.ʳ, id q.ᵈ indispensabile prorsus erit, protrahi vero (si iusta causa id exposcere videatur)

ab eisdem poterit, qui clericorum hospitium potrahere valent.

4. Iam vero quas exigimus in admittendi qualitates, eędem prorsus erũt, quas supra in prima admissᵉ. pręcũpsimus, et has supra addĩmus, ut scilicet sive clericus, sive Laicus hac secunda vice admittendus, Gentili se peccatorũ confessione purgauerit, spiritualia simul exercitia peregerit, in fidei rudimentis probe instructus euaserit, et in spiritu sic processerit, ut eidem digne Religᵉ. habitus possit aptari.

Const. hęc pars C.12. f.104.

5. Proinde impedimenta, quę primę obstant admissᵉ. eodem prorsus modo huic secundę intelliguntur obstare, nam licet ante ingressum ex ipsis aliquod non fuerit in nouitio detectum, si tñ post ingressum detegatur, l. denuo emergat, secundam hanc sive clerici, sive laici admissionem impediunt; ergo videndum, an illud qᵈ detegitur, et emergit sit primi generis impedimẽtum, qᵈ si adsit, dimittendus omnino nouitius erit: An secundi generis, et tunc Gentilis statim consulendus, si forte dispensare velit, vel non. An tertij generis, et tunc maturitate, et discussione res peragenda erit.

6. Ad hęc de facultᵉ. admittendi hac secunda vice nouitios, statuimus, ut ea sit (quod expectat ad clericorum admissionem) penes locale capitulum, neq. aliqua (sicut in prima) necessaria erit a Prouˡⁱˢ licentia; verum laicum admittendi, habebit quidem locale capitulum facultatem, nihilominus anteq.ᵐ illud cogatur, omnino volumus, ut necessaria Prouˡⁱˢ licentia habeat; qua deinde habita, si decernatur admissio, eam tamen executioni mandare, nullatenus posse sancimus, antequam decretum illud a Prouli, suisq. Assistentibus aprobetur.

7. Sed tandem qᵈ. attinet ad actus, quos hęc secunda requirit admissio inter eos, primus erit eiusdem admissionis petitio, quę ab ipso nouitio, sive clerico, sive laico priuatim tum supᵉ, tum eius consultoribus fiet, cumq. sat erit, sermonem de hac re habere; nec aliquam cum ceteris caplaribus allocutionem intermittere oportebit. Sed vero publice, et in refectorio medio genuflexo,

nouitius

novitius sup. eandem petitionem humiliter faciat iuxta antiquum nostrę Religionis morem.

8. 2o actus erit examen, quod circa novitij spiritualem profectū instituti merito debet, sic tamen, ut ubi novitiatus domui coniūctus habebitur coram sup. eiusq consultoribus, et novitiorum Magistro peragatur, id quod in novitiatibus separatis, coram ipso Mo. et consultoribus instituetur, in eius autem praxi, omnia alia observentur, quę in regulis examinatorū prescribuntur.

9. Consequētur deinde tertius actus, qui erit capli localis congregatio, in quo relatione primum a novitiorum Mag. ab ijs qui examine eum approbaverunt, de qualitate, et spiritu novitij peracta, per publica suffragia, vel admissio, vel dimissio, vel etiā eius admissionis dilatio decernatur, prout magis Relig. bonum consulere posse, dignoscet. C.G. 13 D. 8. f. 65. et Const. sup. f. 87. et infra f. 94.

10. Sed et insuper protestatio, ut quartus actus addetur, quę a Prepo. in ~~communitate~~ congregato cap. ipsimet novitio, sive clerico, sive Laico, admittendo fiet, quatenus nrę mentis est, q. nullo modo eum ad nrum institutum, et ad professionem admittere, intendamus, si forte processu temporis, qdo cumque etiā post solemnem professionem in eo impedimentum aliqd. detegatur, ex ijs tribus, quę in protestationis formula mox subiungenda continēt, adeo ut etiam professus a nrā Relig. relicto nro habitu sit dimittendus ~~omnino~~, cū ea professio fuerit contra nrām voluntatem emissa, proinde autem protestationis forma talis erit.

11. Nos N. Prepositus N.N. et N.N. tꝫ capitulares domus nrę civitatis N. protestamur tibi N.N. quod quandocumq, et quomodolibet ad nrām notitiā pervenerit, te (quod absit) esse, l, fuisse ullo unquam temp. labis hereticę legitime condemnatum; vel secundo ex sacrilego thoro ratione professionis solēnis, vel ordinis proveniente procreatum, vel tertio in alia Relig. professionem, emisisse: ex nunc pro tunc pronuntiamus te fore, et esse inhabilem ad nostrę Protestatio C.G. 13. D. 9. f. 65.

Relig.ⁱˢ statum, atq etiamsi professus, utcumq fuerit, esse, et fore, te tamquam inhabilem, et n̄ri habitus, et Relig.ⁱˢ incapacem, quamprimum dimittendū, et ex n̄ro ordine relicto nobis nostro habitu eijciendum.

12. Subscriptio Nouitij:

Ego N. N. prędictę protestationi mihi factę, et coram me lectę, modo, quo supra, et om̄b, in ea contentis penitus asentio. Datum in Ciuit.ᵉ N. die N. mensis N. anni N. manu propia subscipsi, et ipse pronuntiaui.

13. Porro hęc eadem protestatio laico, sed vulgari idiomate fiet, et eodem modo ab ipso subscribatur.

14. Vlterius autem protestat.ᵉ sic peracta siue clerico, siue laico, Nouitius manu propia in peculiari protestatio.ⁿᵘᵐ libro, eam sibi fuisse traditam scribat; et duo testes ipsiusmet capli subscribantur, sed siquis laicus scribere nesciat, alterius nomine subscribat; ipse vero signum Crucis aponat.

15. Postremo autem vltimus actus erit (habitus susceptio) quę quidem non publice in Ecclesia, sed privatim in choro, vel in sacrario, aut oratorio, ritu aliquo fiet, qui in libello de ritibus habetur. Post quem actum secret.ᵘˢ in peculiari libro notet, talem nouitium, siue clericum, siue laicum, tali die habitum suscepisse.

Cap. 5.

De tertia personarū admissione, quę est ad solemnē professionem.

1. Ad sublime illud, q.ᵈ profitemur interius cęlestis vitę genus completa rat.ᵉ assumptus ille dicetur, qui fuerit tandem ad solemniter profitendum admissus, sic enim Relig.ⁱ incorporatus, permanente quadam vnione spiritualis vitę cursum ad finem vsq contendens Deo adiutore proficere poterit. Porro ~~post~~ professionem, quę est simplicium votorum, in n̄ra Relig.ⁿᵉ nullo vnquā temp.ᵉ siue pro clericis, siue pro laicis admittendā esse decernimus.

2.

2. Sed vero temporis inprimis huius solemnis admissionis praefigentes, admissioni nihil aliud addendum esse censemus, praeterquam id, quod a Sacro concilio Tridentino nobis observandum incumbit; et solum iniungimus, ut probationis tempore elapso, (quod apud nos a die susceptionis habitus, peracto hospitij tempore inchoatur) superior in locali capitulo novitium iam probatum, sive clericum, sive laicum omnino proponat, et habilis inventus ad profitendum admittatur; ineptus vero repertus dimittatur; vel saltem ubi urgentissima ratio intercesserit, differri ab eodem capitulo poterit, ad aliquod tempus professio, dummodo spatium sex mensium non excedat.

3. Qualitates vero in omnibus ijs tum clericis, tum laicis, ut sic solemniter admittantur, requisitae hae prorsus sint, quas supra 1ª admissioni praefigimus; et has alias insuper addimus, ut scilicet spiritualis vitae cursum non lento gradu novitius admittendus arripuerit, ut Religionis instituto fuerit omnino imbutus, ut si iustas ob causas ante habitus susceptionem exercitia spiritualia forte peragere non potuerit, saltem ea confecerit, antequam solemniter admittatur.

4. Impedimenta proinde quae huic possunt admissioni obstare, eadem sint, quae primam, et secundam impediunt, eo gradu triplicis generis, et eodem modo, quo ibi praescribuntur, nec aliud addendum esse censemus; et pari ratione admittendi facultas, eodem modo, ac in prima admissione, sit penes locale capitulum, ita ut semper antequam congregetur, Provincialis licentia prius habeatur; quam quidem et si solus concedere possit, negare, vel differre nequaquam sine Assistentium voto, sed et pro laico solemniter admittendo, non solum eiusdem Provincialis licentia (eodem modo conferenda cedenda, vel differenda, quo iam praescripsimus) ut cogatur capitulum necessaria erit, sed etiam volumus, ut si decernatur admissio, executioni tamen mandari non possit, antequam decretum illud a Provinciali, eiusque Assistentibus prius aprobetur.

5. Postremo autem ad actus devenientes, primus erit examen quodam

quod ante sex menses a professione emittenda circa novitij spiritualem profectum, eodem fere modo, ac illud quod ante habitus susceptionē peragetur.

6. Secundus actus, ut cum professionis tps proxime instare videtur, novitius humiliter a supre, et eius consultoribus privatī petat, neq necesse erit cū alijs Patribus capli sermonem aliquem de ea re habere; sed et publice etiā in refectorio medio genuflexus supri. eadem petitionem faciat, prout eam pro habitus suscepte. effecit.

Professione

7. Tertius actus aliud erit examen, quod eó proximo tempe. eodem modo peragetur, ac praecedens ante sex mentes est peractum.

8. Quartus deinde consequetur actus, qui erit capli congregatio habita prius Provlis facultate, sine qua, nec capitulum in hoc casu cogi, nec profess. ulla decerni poterit; et peracta a novitiorum Magro. et ab ijs quibus examen incumbit, relatione, vel admissio decernatur, vel dimissio, l, etiam admissionis dilatio, prout iam supra praescripsimus; admissione vero decreta, adnotetur, et a secret. in libro actuum localium, et ab ipsis met capi. patrib, subscribatur.

C. 9. L. 3. C. 8. f 65. Const. supa f. 87. et 91.

9. Et qui ultimus deinde remanet actus est ipsamet solemnis professionis ~~solemnis~~ emissio, quae sane publice in ecclesia solemni ritu peragetur, prout in libello de ritibus habetur, et qui fuerit ad clericalem statum assumptus, quatuor emittet solemnia vota, prout supra de votis decrevimus; et illis emissis paulo post privatim in sacrario, l, in choro, iuramentum proferat, quod ad dignitates intra Religionem non procurandi attinet; laicus vero tria tn̄ solemnia vota, ut etiam ibi praescripsimus, nuncupabit; et sic demum emissa professione eam simul cum iuramto. in professorum libro manu propia noviter professus clericus registret coram duobus testibus, qui in actu emissionis praesentes fuerint, et eam ipsimet subscribant; similimodo laicorum professio registretur; et si quis eorum scribere nesciat, saltem signo crucis eam ab alio registratam comuniat, et secretarij manu firmetur, atq haec tandem est tertia admissio, qua quis complete Relig. unitur, et eius membrū oimoda rat. efficit.

Cap.

Cap. 6.

De personar. educat.e in sp.u in vniuersum.

1. Spiritum salutis concepisse non sufficit, si non assiduis increm.tis sedulo fo-
ueatur, et ideo ad instituti Religiosi perfectionem admissi, ut eq valeant cō-
cepta virtute enutrire, spiritualem eis educationem post admissionē prę-
cilimus.

2. Quę profecto in vniuersum, et si semper ad totius vitę cursum, perdu-
rare debebit, pręcipua tn̄ rat.e duobus eam temporibus instituendam esse
decernimus, primo quidem ante professionem, et ad nouitios spectabit;
secundo post professionem, et professos ipsos attinget; sed sicut p.o omnimoda
necessaria erit, ac primus nouitius appellabitur; ita s.da cū non minori stu-
dio complectetur, ut secundus nouitiatus habebitur, sigillatimq.e de sin-
gulis per sequentia cap.a agamus.

Cap. 7.

De p.a personar. educat.e quę in spiritu ad Nouitios attinet.

1. Nouitiorum educatio in Religiosę vitę perfectione, tn̄ ponderis habet,
ut pro comperto sit ex illis bene, aut male educatis Relig.is incrementū,
aut perniciem dependere; et pium quolibet, ac sanctum institutum la-
befactari oportet, si vel in admittendis ad Religionem nouitijs nu-
llum delectus habeatur, vel ipsis admissis eorum postea educatio negli-
gatur; quare admittendum semper erit, ut in hoc tam arduo, et tanti pō-
deris negotio vires omnes colligamus, et strenue illud, atq. indefesso robore do-
mino adiuuante prosequamur.

2. Porro ad totum illud tp̄is spatium, q.d ad professionis usq. diem excu-
rret, et ab ipso die ingressus incipiet primus hic nouitiatus, atq. perdurabit.

3. Proinde vero ut omnia rite disponantur, locus in primis ad educatio-
nem

aptus destinetur; personæ ad eam traducendam designentur; nouitiorum Magister, cui educandi munus incumbet, deputetur; impedimenta, quæ educationi obstare possunt, remoueantur; actus denique, et exercitia, quæ educationem hanc perficiunt, et complent, peragenda assumantur: de quibus omnibus sigillatim agendum per sequentia capita.

Cap. 8.

De locis ad primam nouitiorum educationem deputandis.

1. Spiritualis nouitiorum educatio recto semper ordine dirigetur, si ad eam, (ut par est) peculiaria loca deputentur, in quibus ipsi virtutum studio inhærentes, remotis impedimentis alantur; et ideo omnino volumus, ut hæc loca, velut præcipua sanctitatis schola, singulis prouinzijs ad nouitios instruendos designentur.

2. Sed vero duplici ratione hi poterunt nouitiatus institui, primo ut prorsus separati a qualibet nostra domo existant; secundo ut coniuncti alicui domui deputentur, et ~~propterea~~ separatos omnino esse constituendos, sancimus; coniunctos autem nullo modo nisi vbi forte in aliqua prouintia separatus sufficiens, et capax constitui tam cito non possit.

3. In quo tamen casu, non alibi quam exercitiorum domibus, ~~at~~ nulla prorsus ratione domibus recessus, vel collegijs coniungantur; ita tamen ut hic coniunctus, ab ea quæ professorum est habitatione, sit omnino seorsim distinctus, peculiari ianua quæ caute obseretur, oclusus, et hæc ipsa clauis solummodo penes Magistrum, eiusque sotium, et penes, etiam ianitorem erit, aliorum nemini concedenda, et ipse proinde ianitor, ex ijs met, qui in nouitiatu degunt, modestia, et fidelitate, et pro~~batione~~ bitate, conspicuus a Magistro deputetur, a quo ~~etiam et mutari~~, et alius subrogari ad libitum possit.

"Nouiciatus,

4. Iamvero dispositio loci, sic se habeat, ut in eo oratorium ad simplices functiones, et Magistri instructiones, tum etiam ad ceteras communes commoditates habeantur. et alia deputata loca tum ad collationes,

5. Ad hec arctissime iniungimus, ut omnis nouitiatum multitudo vitetur, ut sic Relig.is bono melius consulatur, ut vno spu facilius oes alantur; quapropter sat tn erit, si vnus, ad summum duo separati nouitiatus in singulis prouintijs constituantur: conuinctiveros (ubi scilicet in Prouintia eos constituere oportebit) tot numero sint, quot necessarios Prouile capitulum ~~non~~ iudicabit; ad quod plane expectabit, nouitiatus omnes prouintie designare.

Cap. 9.

De personis ad primum nouitiatum peragendum destinatis.

1. Nouitios omnes, et singulos, siue simplices clericos, siue sacerdotes, siue etiam laicos, sine vlla except.e ab ipsa die ingressus, ad vsq diem professionis ad hanc primam educationem sub Magistri cura designamus, nec vllo modo, quocumq pretextu eorum quilibet ab ea eximi vnquam posit.

2. Porro omnes hij, et singuli in constituto nouitiatu alantur, nec vlla ratione extra hunc locum nouitium quempiã educari posse decernimus.

3. Excipimus fratres laicos, qui quidem si in ~~iuncto~~ nouitiatu conuiuãt, sex ibi menses manebunt; si autem in separato, annum integrũm traducent, nec vllo modo ante eg.m hec temp.s absoluantur, ab ijs locijs educãt. (Poterit tn (si sic expediens erit) relatione a Mag.o habita Prouilis concedere, ut laicus quis diutius in illis locis persistat, sed extra tandem nouitiatum ante professionem laici, educti in professorum degent habitatione quidem, sub cura tantum cuius dam sacerdotis a sup.o eis praficiendi, qui in spiritu, et virtute eos dirigere ex munere habeat; sed necesse non erit, ut in peculiari, C. 9. 10. & 11. f. 37.

et sub eiusdem domus simul cohabitent, et alantur; proinde autem duobus mensibus ante professionis tempus exercitijs spiritualibus diligenter, ac serio (ut æquum est) applicentur.

Cap. 10.

De Magistro cui præeducationis munus incumbit.

1. Ut literationum ætas, et inexperta adhuc, et rudis natura a sæculo ad claustra translata instituti Religiosi perfectionem serio ediscat, omnino novitiorum Magister necessarius erit, qui velut sapiens cultor novellas Dei plantationes spirituali doctrina irriget, et collatione, et velut ovium pastor, in Religionis ovilis eas congregatas adservet, defendat, et alat.

2. Proinde cum functio hæc sit plane ardua, atque peculiari talento præditum ad eam exercendam virum requirat, non omnibus promiscue sine magno delectu iniungenda erit; sed magistri qualitates præscribendæ, quas quidem in eo tales omnino exposcimus, ut scilicet ætate sit maturus gradu sacerdos professus, et in novitiatibus separatis capitularis decisivus, et coniunctis etiam si fieri potest, sin autem saltem consultivus, sit quoque et doctrina refertus, ac præcipue scholastica Theologia imbutus, sit et corpore sanus, animo constans, natura benignus, non sine affabilitate gravis, zelum Dei cum mansuetudine præferens, atque ab omni animi perturbatione alienus; insuper morum sit integritate conspicuus, instituti proprij observator, ad subeunda onera Religionis promptus, mortificationis, et orationis studio addictus, prudentia tandem, et experientia probatus, et talis, qui suos novitios ad virtutum fastigium provehere, non eruditione dumtaxat, sed etiam probitatis exemplo possit.

3. Electio porro huius Magistri in Provintiali capitulo per secreta suffragia fiat, et is potissimum eligatur, qui iam prædictis fuerit qualitatibus insignitus, ut tamen ad eum munus digne possit obire, et intelligant electores, non

minus

minus in Magistri nouitiorum, quam in ipsiusmet Sorlis electione elaborandum esse; cum constans sit, a bonis, l, a malis nouitiorum educatoribus totius Relig.is vel pernitiem, l, reparationem dependere: si enim nouitiorum educatio aliquo modo vacilet, regularis ædificij fundam.ta vacillare oportet; quare ut inconcussa firmentur, firmum semper, et constans sit, in Relig.e propositum; ut apti semper, et idonei nouitijs educandis Mag.i præficiantur.

4. Quod vero ad auctoritatem attinet, habet Mag.r plenam, et absolutam potestatem circa nouitiorum instructionem, et circa nouitiatus regimẽ; ita tñ ut in nouitiatibus conuinctis, tam ipse, quam nouitij eius domus Præposito subditi esse intelligantur; verum in illis nemini (visitatoribus visitat.is temp.e, ac superioribus maioribus, vel ipso locali Præp.o exceptis) quouis colore se ingerere liceat, In nouitiatibus vero separatis, ipsemet Magister eiusdem loci Præpositus erit, qui proinde, sicut et cęteri omnes ibidem commorantes, Prouli, nõ autem alterius domus Præposito subditi erunt.

5. Munia proinde, q.æ Magistro obeunda incumbunt, etsi multa sint, et varia, præcipua tamen hęc tria esse conspiciuntur; videlicet nouitios virtutum exemplo informare, spuali doctrina instruere, imperio, et prudentia dirigere, quę quidem omnia in Mag.i regularis in libello de instructione nouitiorum late explicata præscribentur.

6. Quoniam autem sicut ardua, ita, et laboriosa esse hęc munia perhibẽtur, idcirco ut facilius, tam graue onus ęquis viribus portet, omnino ei sacerdos alius, qui coadiutoris offitio fungatur, adiungendus erit, ~~etiam~~ in nouitiatibus quidem separatis is enim coadiutor vicarij munus obibit ab ipso Mag.o deputandus, sicut et cęteri domorum vicarij; In nouitiatibus v.o conuinctis ab ipsomet constituetur, tñ ille, in quem Præpositus non consẽtiat, talis autem constitui debet, qui moribus, et eruditione sit conspicuus,

in lectione spualium librorum sit versatus, in agendo dexteritate polleat, in functionibus obeundis robore præstet, ut digne valeat hoc ministerio fungi; præcipue vero talis sit, qui omnimoda dependentia Magistri possit, inhærere præcepto, nec alia prorsus inerit ei potestas, quam quæ fuerit ipsi ab eodem Magº. collata; a quo ad libitum limitari, et ampliari poterit, prout magis ad Dei gloriam salubriter expedire dignoscet. Sed vero coadiutorem istum a suo munere amouere, omnino in nouitiatibus quidem coniunctis, ipsius erit magistri; ita tamen ut Præpositus non disentiat; in nouitiatibus vero separatis planam ipse ad nutū amouendi potestatem habebit, Sed ulterius præter hunc, qui præcipuus coadiutor erit, alius etiam in nouitiatibus coniunctis siue clericus, siue laicus, velut Minister in temporalibus a Magº. institui debet: in separatis vero offitiales omnes non deerunt, qui reliquis domibus asignātur, prout magis infra suo loco dicetur.

7. Iam vero Magⁱ. durationem in eius offitio, ac desitionem præscribētes, Decernimus, ut duratio quidem eo spatio concludatur, quod ab uno ad aliud usque Proule capitulum excurret, et una vice electus, atque idoneus repertus, confirmari sine termino posit; immo consentaneum erit, ut (si nō aliter urgēs ratio postulabit) quem Patres electores aptum repererint, semper confirment; et cum satis compertum sit, quantum ponderis hæc functio experimento firmata ad religiosse sanctitatis disciplinam alendam, habeat, enitendū pro viribus, ut peculiari studio ad perpetuos nouitiorum Magºˢ. creandos omni tempº. intendatur.

8. Cæterum si morte præueniens ante Capli celebrationem Magʳ. obierit, vel alia ratione defecerit, tunc alter a Proli, et eius Assistentibus per secreta suffragia ad usque sequens Proule capitulum, (si nec confirmari quo poterit) duraturus eligatur, Sed vero varijs, etiam modis præter eum, qui est per mortem designare potest Magister; de quibus omnibus, cum ijs communes sint +

ad alios

ad alios P.ᵘˢ regimini destinatos simul infra in quarta P.ᵉ agetur.

Cap. 11.

De impedimentis primæ educat.ⁱˢ obstantibus remouendis.

1. Nouitiorum educationi sūmopere consulemus, si quæ ei repugnant obstātia mala tollamus, inter quæ primo loco se offert frequens Mag.ⁱ a nouitiatu absentia, cui malo, ut occurramus, decernimus, ut nullo modo occupationes aliæ extra nouitiatum obeundæ, neq. Mag.ᵒ neque ei coadiutoribus tradantur, sed liberè sacra illa occupat.ᵉ destinari sinantur, qua deo consecratas animas ad perfectionis culmen euehere conantur, sed et ipsi maxime caueant, ne facile, nisi cum urget necessitas e nouitiatu egredi asuescant.

2. Secundo obstabit ipsorūmet nouitiorum e nouitiatu egressus, nisi recto ordine fiant, et ideo volumus, ut semper cum exeundum eis erit ad professorum cohabitationem, (ubi scilicet coniunctus nouitiatus habetur) de Mag.ⁱ licentia, et commitati egrediantur, sed domum exeundi utriusq. licentia Mag.ⁱ scilicet, et sup.ʳⁱˢ accedere debēt, adeo ut neque Mag.ʳ sine sup.ʳⁱˢ placito, neq. sup.ʳ sine Mag.ⁱ consensu eam nouitijs tribuere possint: Fermi vero, quo ad eius fieri potest, asocientur; id q.ᵈ etiam pari modo seruetur, cum ruri, l. alibi recreat.ⁱˢ gratia permanebunt; Porro qui laici in nouitiatibus coniunctis commorantur, domum cū alijs Professijs extra ea loca degentibus (nisi necessitas vrgeat) nequaq.ᵐ egrediantur, neq. in offitijs occupentur, quæ obiri nequeant, quin a nouitiatu diu abesse cogantur.

3. Tertio extraneæ a spu occupat.ᵉˢ maxime possunt obstare, quæ idcirco, ut præcidantur, cauendum, ne qui nouitius negotia in sæculo peragenda

reliquerit, ea ipse expedire permittatur; omnino enim quo ad ei fieri potest, alijs tractanda tribuentur, sed et in parentum, vel aliorum quorumlibet sese negotijs immiscere, nullo ei pacto licebit, quamuis prudentiæ regula hæc metienda erunt; proinde vero studiorum occupatio, et litterarum humaniorum sub præcepto, præter eam, quæ spiritualis, seu mystica est, quoad usque nouitiatus tempus perdurat, nouitijs prohibita esse intelligantur. Qui enim quasi modo geniti infantes cœlestis sapientiæ lacte potantur, æquum non est, ut a Christi uberibus avulsi scholasticæ sapientiæ mamillis aplicentur; et ea propter consentaneum etiam esset, ut neque libri quicumque ad spiritum confouendum ordinati, eis permittantur; Ad hæc si quis nouitius, scientias, l. facultates probe calleat, eas perlegere, aliosque docere nullatenus poterit, neque ullo modo aliquam ei licentia concedatur; sic enim facilius super eminentem charitatis scientiam, ut verus Christi discipulus in humilitatis directione aprehendere potest, sed denique cum sacerdotibus nouitijs occupatio illa etsi secularium confessiones audiendi, cum nequaquam pro eorum statu sit congrua, nullo eis modo munus obire licebit, iuxta ea, quæ in prima parte cap. 28. præscipsimus.

4. Iam vero ulterius quarto loco obstans multum est nouitiorum communicatio cum externis, quæ omnino eis interdicta erit, et ideo litteras aquocumque datas accipere, sicut et eas scribere, aut cum secularibus, et parentibus colloqui, vel eos domi inuisere, sine Magistri et superioris quoque (ubi coniunctus nouitiatus erit) licentia, non poterunt, ut supra etiam decreuimus; raro tamen hæc licentia, et pensate concedenda erit, Immo cum ipsis Religiosis extra nouitiatum degentibus communicatio, ut quintum obstans impedimentum, vitanda merito erit, et ea propter nouitij, qui in separatis nouitiatibus commorantur, ad alias nostras domos (sine urgenti necesitate) mittendi non erunt; et cum forte aliquem illuc mitti continget,

Novicij nullo modo scribant extraneis, (et si opus fuerit) sit tamen lic.ª Mag.i et litteras videat ipse Mag.r

tinget, is omnino vespere ad nouitiatum reuertatur; e contrario vero nemini ex professis, sit, quicumque ad nouitiorum adire locum siue separatum, siue coniunctum, sit sine sup.is et Mag.ri facultate licebit, quæ tamen raro, et nonnisi graues ob causas concedetur; similiter vbi coniunctus nouitiatus erit, inscio (sup.re) Mag.ro illuc, siue professum, siue externum alium nullatenus mittat, et contra Mag.r inscio sup.re, neminem siue professum, siue secularem illuc introducere posit, Cæterum ipse sup.r, et si ingredi, q.do ei videbitur in nouitiatus loco posit, consentaneum tamen erit, ut comitem secum adhibeat, Vlterius autem (ut quoad eius fieri potest) in eadem domo coniuncti nouitiatus communicatio cum professis vitetur, statuimus, ut domestica mynisteria quæ in professorum habitat.e obeunda erunt, altarium ornatus, et quæ in Choro peragere oportebit, ad mensam, item legere, eisque inseruire; nullo item pacto cum professis colloqui, l, cum eisdem conuersari, et recreat.is temp.e, siue insuper extra nouitiatum in professorum habitat.e deambulare, aut in aliquo eorum loco detineri, licebit, et vel in ipso choro, aut sacraria quando aliquid eis obeundum ibi non erit, nequaquam morentur, et denique ne aliqua detur communicat.is occasio, omnino in coniunctis nouitiatibus ea omnia pro nouitijs adseruentur, quæ ad vestitum, et infirmorum curam, et ad libros sp.uales attinet, distincta prorsus ab eis, quæ in professorum loco habentur, postremo ad benedictionem vespere, antequam cubitum eant, a Preposito petendam, non omnes nouitij simul, conueniant, sed satis erit, si vnus a Mag.ro deputatus, eam pro omnibus petat.

Nouitijs nullo modo tradant, nisi fuerit Missarum ministerium

Cap. 12.

De actibus, et exertitijs ad primam nouitiorum educationem asumendis.

1.

1. Libera, et expedita nouitiorum educatio remotis impedim.tis reficitur; completetur, nisi peractus, et exertitia perficitur, quę sane velut uberrima dei pascua animam celesti gratia sic replent, ut eam merito sibi plaudere posit (in loco pascuę ibi me collocauit) inter eav.º

Const. pars 1ª. C. 10. f. 27. sacramentorũ vsum primo ponimus, atq iniungimus, ut nouitij des bis in hebdomada confiteantur, et sacra communione reficiantur; ipsi

C. 9. 10. & 9. f. 36. autem Mag.º soli, confessiones nouitiorum audiendi cura comittat, liceat tn sup.r etiam locali, (si ita expedire iudicauerit) l, per se ipsum, vel per alium ab eo deputatum semel, aut bis in anno eorundem confessi.u audire, volumus, tamen, ut infra mensem a die ingressus generali, confe-

Const. hęc pars. C. 4. f. 90 ssione peccatorum, quisq nouitius omnino se expiare nitatur.

2. Et hoc ipso temp.e (vlterius procedendo) ad spiritualia exertitia, quę hoc vendicant sibi nomen, peragenda deputetur; quę et ęquum erit, ut paulo ante professionis tps ei resumenda tradantur; in his enim, et deuotionis feruor concipiatur, et vi maxima perfectionis cursus arripitur.

3. Consequent ad hęc orationis studio diligenter nouitij imbuantur, in quo velut in pręcipuo nrę Relig.is stabili fundamento, consolidandi merito erunt; at ea propter nouitiorum Mag.r persuasum habeat, nihil se omnino egisse, si nouitios in tota virtute oroni addictos Relig.i offerat, vt professione emittant.

4. Proinde vero mortificationum vsus quarto loco arripiatur, sine quo in cassum Religiosę vitę sanctitas, quę hac morte subsistit, enutritur; et ideo ei nouitij inhęrere conentur, ut schola mortificationis, vel ipso primo aspectu nouitiatus appareat; ac propterea carnem libenter edomare, sensusq frenare, voluntatis propię caput obedientię gladio amputare, labentium rerum afectiones paupert.e recidere, apetitũ, glorię humilit.e deijcere semper edicant, secretas tn penitentias sine Mag.i licentia, nemo peragere posit, ad hęc inter pcipuos mortificationũ

actus

actus culparum cap.lus in ipso nouitiatus oratorio celebrandum, instruere oportebit, ad q.d conuenientes omnes, qui ibi commorantur, habita p.o a Mag.o exhortatione, errata, quæ circa obseruantiam quisq. comisit, sigilatim flexis genibus, humiliter, ac deuote eidem Mag.o palam fateantur, ac ab eo se corrigi sinentes, inflictas pœnitentias deuote, libenter, ac prompte, humiliter suscipiant, in refectorio etia (habita prius a Mag.o licentia) de commissis inobseruantijs, se publice accusare, l. etiam mortificat.es alias exponere, continuo assuescant, cæterum in nouitiatib. coniunctis publicas pœnitencias ipso in Refectorio peragendas superior imponat.

5\. Iam vero sp.ualis doctrinæ comparationem inter præcipuos act. quinto loco deputamus; atq. p.o fidei rudimentis quisq. nouitius sedulo addiscendis incumbat, frequenti etiam sp.ualium libror. lectioni singuli adhæreant, q.d eam, ut orationis altricem sæpe referant, Mag.i insuper exortat.es ac variæ de rebus ad virtutum praxim spectantibus instructiones sæpissime habeantur, priuatis etiam colloquiis singulos nouitios Mag.r erudire non negligat, et ea demum ratione probationis tempus excurrat, ut spirituali doctrina, qui illud traducunt, imbuti, conceptum sp.um, quoad vixerint, ubiq. semper redoleant, præcipue t.n de regula, quam professuri sunt, de votis esentialibus, ac de statu regulari diligenter instruant.

6\. Sed etiam sexto loco cogitationum apertio, et tentationum manifestat. Mag.o priuatim effitienda, utilis non solum, sed et necessaria erit; unde anteq.m sanctorum institutionem (quam Casianus registratam prosequitur) amplectentes, volumus, ut instruantur nouitij, nullas penitus cogitat.es prurientes in corde perniciosa confusi.e celare, s.d confestim ut exortæ fuerint, eas suo patefacere Mag.o, nec super earum iuditio, quidquam suæ discretioni committere, ac pronuntiauerit Mag.r examen. Sed illud cedere malu. ee, l. bonum, q.d discusserit,

7\. Sed ulterius sp.us probatio sexto loco ad nouitiorum directionem

ad-

adiungenda erit, et ea propter ad humilitatis exercitium, humilibus eos ministerijs destinare, ad propij iuditij, et propię voluntatis abnegationem, perfectę obedientię, et subiectionis actibus comprobare; ad patientię examen, simulata, interdum ira verbis asperioribus redarguere; ad paupertatis experim.to vetustis vestibus induere, mutat.e cellarum indicere, et id genus alia, quę Religiosę vitę status exposcit, magistrum oportet, circa nouellos dei milites, explorando exercere, prudentię tamen se atemperare regulis meminerit. 2.

8. Præterea vero inter alia nouitiatus exercitia, ea sept.o loco destinamus, quę ad ritus, et cęremonias sacras, et quę ad altarium ornatus expectare videntur, in qq nouitij pia animi solicitudine se diligenter aptare conent; hisq spus eorum mentibus inseratur, q.d scilicet instituto nostro valde congruit, ecclesiarum cultui toto nisu incumbere, Postremo quam plurima alia hoc loco de actibus, et exercitijs, quę nouitiorum postulat educatio contexenda essent; sed ea minutatim libellus de instructione nouitiorum continebit. 3

Cap. 13.

De secunda personarum educat.e in spiritu, quę ad professos attinet.

1. Religiosę sanctitatis opus, q.d ~~nro~~ (Dño adiuuante) probationis temp.e arreptum, et inchoatum fuit, ~~nostris~~ omnino conatibus post emissam professionem promouendũ serio erit: nec ~~animardenter~~ inter incepisse sufficit, si perseueranter ad anteriora non protenditur ~~aium~~, et profecto illi, sententię meminisse iuuabit; q.d ~~sit~~ ut eget rectore nouitius, eget nouus directione professus; ergo post primam nouitiorum educationem, 2.a consequetur, quę iam professos attinget; eisq velut 2.s nouitiatus erit.

2.

2. Et sane de personis ad illud destinandis decernimus; ut clerici omnes, qui nondum iam ad sacerdotalem gradum peruenerint; secundū hunc nouitiatum, sine exceptione peragere teneantur; qui vero sacerdotes existentes fuerint Religionē ingressi; adhuc (professione emissa) 2o. nouitiatui cū alijs peragendo destinentur; dummodo Pater Prouincialis iuxtas ob causas non aliter statuere vellet.

3. Proinde tempus, quo hęc secunda incipiet, et quo absolui debebit educatio; sic omnino disponatur, ut statim a primo die professionis emissę initium sumat, et biennio concludatur; quod sane biennij tempus, adhuc Prouincialis arbitratu protrahi poterit, maxime cum professus nimis iuuenilem pręferat ętatem: contrahi vero non possit, nisi forte pro hijs, qui grandioris sint, ętati, " et aliqua rāo Pūs, vt cū ijs dispēset, compeleret; a quo vlterius, sicut hęc dispensatio, ita et absoluta bienni tempore a 2o. nouitiatu egrediendi facultas expectetur: primum tamen a sup. et a Pręfecto relatione habita. C. G. 10. D. 10. f. 36.

4. Porro locus ad educationem hanc idoneus, nullo modo in domibus recessus, l, in ea domo, vbi primus nouitiatus peragitur, constituendus erit, sed eum primo in domibus exertitiorum designamus, vbi simplices clerici, qui clericatia subeant onera, deesse non debent; cumque ex instituto, antequam scientijs applicent, biennium, l, saltem annum a die professionis emissę, rethoricę, et linguarum varietati eos insumere sit necesse; id quidem in ipsis exertitiorum domibus, quo tempore secundū istū nouitiatum conficient, sub pręceptore ex nris priuatim pręstabunt; sic enim fiet, ut necesitati domorum prouide consulatur, et studia nullo modo intermittantur. C. G. 8. D. vlt. f. 17.

5. Statim ergo ac professionem clerici emiserēnt, e primo nouitiatu a Prouinciali educantur, et domibus exertitiorum ad secundum peragendum destinentur; ea distributione, ut singulis hisce domibus clerici non desint; biennio vero, l, anno ibi elapso, ad collegia, ut scientiarum cursus arripiant,

transmittantur, eo modo, et ordine qui iam est supra, cum de studijs agebamus, præscriptus.

6. Cæterum si quis clericus linguarum facultates, et rethoricam bene calleat, et vel ætatis, vel alia ratio suadeat, eum e primo nouitiatu eductum ad collegia immediate transferre, nil obstat, quominus id fieri non possit. Sed vero in collegijs ipsis secundus nouitiatus constituendus etiam erit; tum pro his, quos ad ea immediate transferri contingat, tum etiam pro alijs, qui licet in domo exercitiorum secundum nouitiatum peregerint, nihilominus tamen, vel ibi biennium non expleuerint, vel saltem in nimis iuuenali ætate constituti, necesse est, ut eis bienni tempus prorrogetur.

7. Iam vero locus hic secundi nouitiatus, ita vbilibet disponatur, ut omnino ab ea, quæ professorum est, habitatione distinctus, et segregatus existat; sed et constructa ibi insuper erunt, oratorium, et alia loca, ad quæ possint, cum opus erit, qui ibi alunt, conuenire; peculiari tamen ianua concludatur, quæ claue obseretur, et ea solummodo penes superiorem, et præfectum, et ianitorem erit; nec illuc absque licentia, tum superiori, tum præfecti (quæ raro, et nisi iuxtas ob causas concedetur) alicui, qui non ibi conuiuat, ingredi licebit.

8. Ad hæc quod attinet ad curam, et directionem huius secundi nouitiatus, ea quidem ipsi locali superiori principalitr incumbet; sed tamen volumus, ut per alium sacerdotem ab ipsomet superiore, cum aprobatione Prouincialis, deputandum exerceatur, isque præfectus secundi nouitiatus vocetur; qui proinde talis sit, ut vitæ probitate integer, operum exemplo probatus, scientia, et doctrina imbutus, charitate, et mansuetudine refertus, in omnibus se dignum ministrum valeat exhibere; adeo ut professi educandi unquam ei detrahere quidquam possint.

9. Cuius porro munus non aliud erit, quam professos eo loco degentes, potestate

rest.e quam a sup.e acceperit, in spiritu, et virtute dirigere, sub regulari disciplina continere, ad regularem obseruantiam promouere, et deniq. eos in perfectionis itinere solidare; et ea propter tum priuatis colloquijs, tum etiā bis in mense eos omnes simul vna congregatos, verbo dei pascat, et alat; et cum opus erit mortificationibus, et pęnitentijs (non tn̄ publicis in Refect.o hęc enim ad superiorē solummodo expectabunt) eos coercendo corripiat.

10. Proinde ut in hoc munere adiuuetur, si grandior professorų numerus existat, adiungatur ei alius quidam, qui valeat coadiutorij ministerio fungi, a sup.e deputetur, a quo et poterit amoueri, cęterum pręfectum ipsum suo munere abdicandi, facultatem quidem habebit sup.or non tamen sine Prouīs consensu.

11. Sed iam vlterius exertitia, quę ad educationem hanc necessaria erunt, et omnia sigillatim, in libro de instructione nouitiorų conscribent, sic sēper ordinatē disponantur, ut studijs impedim.ta afferre non possint, verū q.d in specie attinet ad exertitium confessionis, volumus, ut ad omniū, qui in secundo nouitiatu versantur, confessiones audiendas, duo constituant, vnus qui sit ipse pręfectus, alter, quem sup.r designauerit; proinde vero ut regularis obseruantia inter eos professos promota vigeat; et in obseruantię diluantur, culparum caplum in eorum orat.o celebrandum, sed ~~tamen~~ non nisi semel in mense, cui pręfectus pręsideat, instituetur, ibiq. humiliter, et deuote singuli professi ibi degentes vna simul congregati, quas culpas cōtra regulas patrarunt, palam fateantur, et correctiones, ac pęnitencias a Pręfecto iniunctas liventi animo compleantur. Denique peculiari rat.e, qui in domibus exertitiorum secundum nouitiatum conficiunt, inter alia exertitia ecclesię ministerium prosequantur, eique diligenter incumbant.

12. Cęterum ne aliquo hęc educatio retardetur, adnitendum, ut im-

pedimenta omnia (quoad eius fieri poterit) præcidantur, inter quæ alocutionem cum professis extra eum locum degentibus numeramus, et ideo nemo sit, qui sine præfecti licentia cum illis colloquat, sed et volumus insuper ut nullo ets recreationis temp.e ~~etiam~~ aliquo modo simul conuersentur, proinde etiam e domo egressus nisi ordinare fiat, similiter posset obstare; et propterea pscribimus, ut non solum sup.s sed et præfecti quoq egrediendi facultas habeatur, et (quoad possibile erit) terni sotientur; alios vero extra secundum nouitiatum commorantes sotiare, non nisi raro, et necessitate vrgente permittat sup.r

13. Vltimo tandem hæc omnia, quæ de secu.do nouitiatu præscripsimus, professos clericos attinget, non autem laicos; eorum nihilominus post professionem emissam pcipuam curam Vicarius gerat, qui eos pia charit.e in spualibus dirigat, et de tplibus (cum opus erit) prouideat, atq simul paterna solicitudine, ut filios charissimos complectatur.

Cap. 14.

De personarum dimissione, et primo de dimissione nouitiorum.

1. Aream ventilare, q.do que oportet, ut purgatior euadat; et ideo qui inter nos non apti, et idonei videbuntur Relig.is puritati consulendo poterunt ~~libere~~ dimitti, sed quoniam dimissio hæc nouitios comprehendit non solum, sed etiam professos attingit, vtriusq ratio statuenda nobis erit.

2. Et prima, quæ ad nouitios attinet, plena quidem libertate semper fieri poterit; verum dimittendi potestas in nouitiatibus coniunctis penes Præpositum, et Magistrum erit; in separatis vero penes magistrum ipsum,

Cap. G.l 10. Dec. 11. f 37. eiusq vicarium; sic tn, ut si fuerit, quis ~~ad~~ professionem in cap.o acceptatus,

nobis

nobiis postea causis, antequam ipsam emittat, emergentibus, cum dimittendi potestatem idem capitulum habeat, sed vero si antequam in cap. ad professionem acceptat.° fiat, quempiam dimittendi casus euenerit, in coniunctis; l. Mag.r et Prepositus, ac Mag.r et vicarius in separatis nouitiatibus inter se non gister. consenserint, tunc res Prouli significetur, et que ipse rescripserit executioni mandetur, iniungimus tn omnib., qq hec inest dimittendi facultas, ut non nisi iuxta has causas, quas modo pscribem., ea vtantur.

3. Et has quidem causas ad duo genera reuocamus, ac primum sane genus earum sit, qq existentibus, l. earum aliqua debet nouitius omnino, et necessario dimitti; ut puta primum, si in eo impedimentum primi generis detegat. 2.° si saltem in eo impedimetu aliqd secundi generis patefiat, cum quo tn Pater Genlis dispensare nolit, tertio, si quis ad praua inclinatus contra dei honorem, et legem, et contra regulas nras incorrigibilis vitam emmendare non curet, quarto, si quis enorme et graue aliquod scandalum affert, et famae Relig.is in urit, patrare (licet semel) non erubuerit detrimetu. qualibet ergo harum existente causa dimittendus omnino nouitius erit.

4. Secundum vero causarum genus sit earum qq existentibus, dimitti quidem nouitius iure poterit, non tamen ad necessariam dimissionem vrgent, sed maturitate, et discussione opus habent; huiusmodi sunt, eę omnes, quę in impedimentis tertij generis continentur; quas sane, qui dimittendi potestatem habent, discernere, et iudicare debebunt, prout dei honor, et Relig.is bonum expostulent, mature tn, et prudenter omnia peragantur. | f. 89. inf.

5. Proinde modus, et actus dimittendi, sic se habeant, ut existentibus causis, primo orationibus pcipuis, id negotium dño commendet, 2.° ut dimittendi facultatem habentes matura considerat.e rem discutiant, 3.° ut cum Relig.i expediens erit dimissio, ita executioni mandet, ut eius, qui dimittitur fama, et honor (quoad eius fieri poterit) ac amor

bona omnia, ei redant; salvo semper iure sacri Cōcilij Tridentini. 5o

erga Religionem conservetur; 4o. quę secum tulerit in ingressu; ut quę animi perturbatio in dimissi parentibus oriatur (quoad possibile erit) personarum habita ratione sedetur.

6. Deniq intelligantur hęc omnia, quoties iuxtas ob causas dimittendus novitius erit, nam si ipse sponte sua, dimisso habitu, egredi velit, nihil aliud tunc faciendū incumbit, quam ut res dño commendetur, et qua fieri poterit verborum eficatia ab ea deliberatione novitius revocetur; qd si in proposito durus persistat, impediendus non erit, sd in pace dimittatur.

Cap. 15.

De Professorum dimissione.

1. Atinget suo modo dimissio solemniter etiam professos cuiuscumq status, sive laici sint, sive clerici, sive insuper sacerdotes, quibusdā scilicet existentibus causis, quas ad tria capita revocamus.

2. Et primum sit, si in solemniter professo impedimentum aliquod

Sup. f. 91.

ex his, quę in protestatione eidem habita, cum iam fuit ad probationis annum admissus, patefiat: tunc enim expellere eum plena libertate licebit; res tn̄ prius a Pe. Provli, eiusq assistentibus discussa iudicetur; hac ratione, ut impedimento rite probato, ante omnia declaratio fiat, professionem illam invalidam omnino fuisse, ut pote contra nr̄am voluntatem emissam; et deinde hac declarata peracta, professus ille dimittendus quidem erit, non tn̄ anteqm dimissionis sententia fuerit a Genli, eiusque Assistentibus de iure aprobata.

3. Secundum dimissionis caput erit, si quis professus criminis cuiuscumq, aut vitij, licet diversi generis, sive etiā depravati habitus a-

in nostris Constitutionibus pręscriptis, vel resipuerit, tunc n.

sup. et capitularibus in eorum conventu, ter fuerit caplatr admonitus, ac pęnis incorregibilis declarandus erit, et in domo, in qua deliquit, vel in

alia

alia Prou̇lis arbitratu in arcto tn̄ loco, aut in ergastulo, siue in arcto cubiculo, ad pœnitentiam continuo agendam includetur; ita ut cum alijs non viuat, nec aliquam habeat consuetudinem; atque omnis suffragij iure perpetuo suspensus existat; quas tn̄ pœnas omnes Pater Genlis remittere poterit, excepta pœna priuat.ⁱˢ vocis actiuæ, et passiuæ, cuius et ~~passiuæ~~ remissio ad solum Genlem capl̄i spectabit; qui vero hac pœna mulctatus per annum non resipuerit, poterit extra Religionem, tanquam penitus incorregibilis expelli. Sed ita tn̄, ut Prou̇lis de voto suorum Assistentium expulsionis sententiam ferat; quæ proinde executioni mandari non potterit, antequam fuerit a Genli, eiusque Assistentibus de iure approbata.

4. Cæterum ut ordinate in hac dimissione, ex hoc secundo capite decernenda procedatur, hos sigillatim per agendos actus præscribimus. Primo, ut antequam illa ~~prima~~ capitularis monitio fiat, aliæ paternæ correctiones fiant, et præcedant, tum a sup.ᵉ, tum a confess.ᵒ, tum etiā ab utroque simul priuatim peragendæ, tot vicibus, quot sup.ʳ ipse iudicauerit. 2º. si adhuc emendationem non præferat, tres aliæ paternæ correctiones adiungendæ etiam erunt, quarum duæ a sup. cū consultoribus, tanquam adhibitis testibus priuatim fient: vltima vero in capitulo locali peragetur.

5. Si tamen his non obstantibus durus ille persistat, et tam pio æquitatis iure non excitetur, tunc deueniendum erit ad tres illas iuridicas, et capitulares monitiones, ita ut aliq.ᵈ intercedat inter vnam, et aliam t̄pris interualum: non tn̄ ex præscripto Patris Gn̄lis, vel Prou̇lis, etsi Assistentium vota concurrant, aliqua ex his tribus monitionibus fieri possit. Sed omnino volumus, ut locale capitulum eas omnes, et singulas peragendi facultatem habeat; hac tn̄ ratione, ut duæ capli partes consentiant; et quam insuper faciendam decreuerint, ea executioni mandari non posit, antequam C.G. 7. D. 10. f. 4. C.G. 8. D. 11. f. 16.

decretum illud fuerit a Proūli, eiusq Assistentibus confirmatum; (id q.d in singulis monitionibus obseruandum neccessario erit) confirmat.º vero a Proūli, eiusq Assistentibus habita, vocatur Religiosus, et in pleno capitulo, et in scriptis ei tradatur monitio, et statim deinde in peculiari libro registretur, et testibus subscribatur.

6. Sed ubi prima monitio nihil proderit; secunda addat, et sic deinceps tertia; quibus omnib.9 peractis, et poenis nr̄is constitutionibus prescriptis animaduertatur in eum; et si his non resipuerit, tunc ulterius a Proūli, eiusq Assistentibus incorregibilis declarandus erit, et in ergastulo communi collocandus ad poenitentiam continuato agendam, ut dictum est supra.

7. Postremo autem si per annum non resipuerit, expulsionis sententia a Proūli, de voto suorū Assistentium feratur; quae si deinde fuerit a Genli, eiusq Assistentibus approbata, Religiosus ille expelli poterit, et extra Religionem dimitti.

8. Iam vero preter haec duo dimissionis capita, hoc tertium alliud adiungendum ~~etiam~~ decernimus; q.d nimirum ea omnia cōplectatur, preter quae expulsionem Professi a Relig.e privilegia, s, definiunt, vel licitam pscribunt; sed tn̄ quoad modum in hac expulsione procedendi iuris ordo seruetur, nulla habita ratione ad procedendi modum, quem pro primo, et secundo dimissionis capite mox supra seruandum esse decreuimus.

Cap. 16.

De personarum gradib.9, et ordine inter se.

earumq.s statum — Inter ea quae precipua ratione, ad personas in communi, spectare videntur, gradus, et ordo iure optimo numerantur.

2.

2. Et gradus quidem intra Relig.e huiusmodi statuunt; videlicet esse clericum, vel laicum; Novitium, vel Professum; simplicem Clericum, vel sacerdotem; sacerdotem in primo gradu, vel in secundo gradu; praeter quos alij etiam erunt peculiares, qui ad gubernationem spectabunt; quidam ad gubernationē Generalem, quidam ad Provlem, quidam deniq ad localem, de qq sigillatim in quarta parte agetur.

3. Iam vero personarum ordo pcipue in locip cedentia consistat, qua cętus Religiosorum, mira distinctione decorantur; proinde huiusmodi pręcedentia triplex erit, nimirum pręcedentia dignitatis, pcedentia status, et pręcedentia antiquitatis.

4. Pręcedentia dignitatis primum statuitur, et solummodo competet quibusdam ad gubernationis gradus assumptis, videlicet Generali, Provli, Pręposito, vicario, et q.do que etiam Assistentibus, hac ratione, ut primum locum ubiq semper habeat Pater Genlis; secundum Provintialis. Tertium Pręppositi: Quartum siue ordinarij, siue ~~vissitatores~~ visitatores delegati; sed dumtaxat vissitationis tempore, ab ipso scilicet die publicationis Litterarum patentium in illa domo, ubi vissitatio inchoatur, usqdum per totam Provintiam sit expleta; extra enim vissitationis tpe ad suum antiquitatis locum redire debebunt; post vissitatores quintum locum habebunt domorum vicarij, ita ut immediate post pręppositum, vissitat.e absoluta sequantur, post vicarios autem aliorū nemini dignitatis locus competere posit; pręterq.m Assistentibus, nō quidem in propia residentię domo, ubi sane antiquitatis locum inter alios sacerdotes habebunt; sed dum in aliena manserint, in qua post vicarium cęteros quosq pręcedent; inter Assistentes vero pręcedant, qui Generali Assistunt, ijsque Provli; Deniq hic dignitatis locus pędictis, quos designauimus, pręterq.m Assistentibus, ubicumque reperiantur, in qua-

libet domo semper competet.

5. Sed ulterius praecedentia status erit illa, quae servari debebit inter varios personarum ordines, hac ratione, ut post vicarium primum locum habeant sacerdotes professi; secundum professi diaconi; 3m. professi subdiaconi; 4m. professi clerici; 5m. sacerdotes novitij; 6m. clerici novitij; 7m. laici professi; 8m. denique laici novitij.

6. Ne tamen inter personas, eiusdem generis, et status confusio posit oriri, antiquitatis ordo adiungetur, qui quidem inter Praesulem et Praesulem, Praepositum, et Praepositum, visitatorem, et vissitatorem, vicarium, et vicarium, et similiter inter sacerdotes, et sacerdotes, siue ij capitulares sint, siue non; atque eodem modo inter alias cuiuscumque status personas servandus erit; sumi vero hic ordo, antiquitatis ratio debebit, non quidem a die professionis emissae sed solummodo a die ingressus cuiusque in Religionem.

7. Quod si duo eodem die fuerint in eadem domo ingressi; ille praecedat, qui prius ingredi petijt; si simul petierint, aetatis ratio habeatur; si eodem die in diversis domibus admissi fuerint, antiquitas domus, praecedentiaeque antiquitatem ei tribuat, vel si domus sic simul fundatae sint, ut inter eas non possit temporis praecedentia assignari, praecedet, qui in antiquiori provintia est receptus.

8. Postremo adiungimus quod licet ij, qui maioribus ordinibus initiati sunt, praecedant eos, qui minoribus, his tamen ad eundem ordinis gradum evectis, non amplius ordinis, sed antiquitatis, seu ingressus, ratio habeatur; et idem sit dictum, cum novitius antiquitate inferior professionem emittet, antequam antiquior novitius, sit ad eam admissus, tunc enim ille primo professus praecedet quidem novitium antiquiorem, sed solummodo, donec iste antiquior novitius profiteatur; quo iam professo, ingressus ordo inter eos attendatur.

Cap.

De Personis in particulari, et primo de simplicibus clericis, qui nondum sacerdotio fuguntur.

1. Personarum statu in vniuersum descripto, ratio postulat, ut ad personas in particulari descendamus, et quidem inter eas, primo loco simplices clerici occurrunt, quorum gradus, et munia praescribemus.

2. Et gradus profecto non alios constituimus, praeter illos, qui sacramento ordinis continentur; ad quos, hac tantum ratione promouendi suo temp.e erunt; ut scilicet qui clericus nouitius existit, prima tantu tonsura initiari possit; ut Ecclesiasticis functionibus idoneus Minister aptetur; qui vero solemnia vota nuncupauerint, ad quatuor minores ordines promoueantur, dummodo Praeposito, eiusque consultoribus videatur; maiores ordines conferantur nemini, nisi de Prouli licentia, quam tamen ipse, neque facile, neque inconsulte, ut festinanter concedat; omnino enim volumus, ut ad subdiaconatum, ij solummodo admittantur, qui ad minimum tres annos, ad diaconatum quatuor, ad sacerdotium, qui quinque a professione transegerint: Quae proinde temporum interualla protrahere quidem Prouli licebit, contrahere vero nequag.m nisi grauis aliqua personae, locique ratio intercedat, sed vero antequam pro licentia a locorum ordinarijs habenda, quis ordinandus mittatur, domi prius a sup.e et patribus ad id delectis, diligentis examine ~~com~~probetur.

3. Munia porro, et onera clericorum, quae eis peculiari ~~ratio~~ne incumbunt; sunt praecipue Altaris, et ecclesiae ministerium; ad mensam item legere; eique inseruire; et huiusmodi alia, quae in nostris legibus, suis quibusque locis praescribuntur, ut a clericis ipsis subeant; atque proinde nullatenus clericorum aliquis, quandiu sacerdos non erit,

eximi possit, nisi forte, quis eorum ingenio pollens, à Sup.re aliquam facultatem prælegendam destinetur.

Cap. 18.

De Personis, quæ sacerdotio funguntur.

1. Sacerdotum gradus primo loco designantes, statuimus, ut alij sint sacerdotes in primo gradu, alij in secundo; inter quos hæc differentia, ut qui in primo gradu fuerit, omnia simplicium clericorum onera, ut puta, ad mensam legere, eiq inseruire, et id genus alia, quæ in præcedenti capite insinuata dedimus, subire teneātur, eodem modo ac si simplices clerici essent, et solum excipimus ministerium missæ, a quo statim, ac sacerdos, quis erit, liber existet.

2. Qui vero sacerdotes in secundo gradu fuerint, eos a prædictis clericorum oneribus immunes facimus: huiusmodi autem erunt omnes, qui ius suffragij, siue consultiui, siue decisiui consequantur, similiter qui actu quadragessimales, vel annuales contiones habebit; ille etiam qui ad aliquam prælegendam facultatem ut præceptor assumetur; et demum, qui sacerdos sex a profess.e transegerit annos; ij omnes, et singuli statim ipso facto, absq alia declarat.e sacerdotes in secundo gradu habeantur: præter hos nemo in hoc gradu constitutus intelligatur, nisi qui fuerit talis a Patre Prouli declaratus; sed et ipse Prouli certior fiat à localibus Præpositis de sacerdotibus domorum, qui fuerint, ibi in primo gradu, ut quos pro sua auctoritate velit constituere in 2.o gradu, rescribat: Illud etiam addimus, ut qui semel in 2.o gradu constitutus fuerit, semper, et vbiq talis habeatur.

3. Iam vero præter istos sacerdotum gradus alij etiam constituent, ut quidam sint caplares (qui vocem in Caplo habeant) et ad gradus gubernat.is assumantur; quidam vero non caplares, qui hoc iure carebant,

bant; proinde vero multa hic essent de capitularibus attexenda, nisi materiam hanc aptior ad se locus reuocaret, ubi nimirum de gubernat.e agemus.

4. Atq hinc ad sacerdotum munia, et onera transeuntes, interea primo se offert diuini offitij exercitatio, que quidē siue fiat in choro, siue extra chorū, semper mente vigili, et corde compuncto, deuot.e validaa, et conscientia pura pstanda merito erit; et pari deuot.e sacrificium missę (q.d aliud est sacerdotale munus) quotidie a singulis celebret; nec sine licen.a et benedict.e magistri sacrificium non faciant. Sine licentia, nec sine iusta causa abstinere quis poterit: Verus Sacerdotes nouitij.

5. In celebrat.e autem, quo magis sanctitas, et diuinitas huius sacrifitij supereminet, eo diligentius intendere debent, ut maxima reuerentia, et sanctit.e illud perficiant; precipue vero velocitatē nimiam deuitent, que dissipatę, et indeuotę mentis, non sine scandalo indicia prefert, et ea propter statuimq, ut ad semihorę spatiū huius ministerij celebratio excurrat; proinde ritus, et ceremonias uniformi obseruantia teneat, et qui fuerit primo ad sacerdotiū promotq, celebrare non permittat, si ritq omnes bene instructus non calleat: deniq ad sacrariū vocati, ut sacrum faciant, statim accurrant, et que pro omībq communiter fuerint parata sacerdotalia indumenta; ea induant, nec alicui priuata, l. propia ullo modo habere licebit.

6. Postremo inter munia sacerdotum, sacramentorū administratio sequit, quā tn̄ alibi prescriptam, hic referre non est opq: et eodē modo, que de studio, et collat.e casuū sunt pscripta, ijs sacerdotes peculiariz at.e intendant.

Cap. ultimum

De personis ad laicorū statum assumptis

1. Quod attinet primo ad laicorū gradus, profecto eorum statui, preter eos, qui sunt, esse nouitiū, et professū, alij gradus non aptant, et ideo simplici quadā

Virtutis ascensiones. et humili vita intendentes, libero corde disponere sibi contendant.

2. Munia porro, et onera hæc ipsis incumbunt; inprimis cum nullo modo ad choru destinent, nihilominus tamen pro matutino orationem dominicam,

Fratres Laici 33. Orationem dnicam et salutationem Angelicam pro officio recitent quotidie. et salutationem angelicam quindecies, pro quaque hora canonica ter dicant, missæ inseruiant quotidie, vel ei intersint, fidei rudimenta probe addiscant, et ea propter singuli, vel alternis hebdomadis explicanda eis erunt, et ut in spiritu proficere possint, vicarius prudenter, et cum charitate eos in uia domini instruendo dirigat.

Fratres laicos Vicarius instruat. 3. Ad hæc intelligant, oportet, se ad opera marthæ esse vocatos, ac proinde domestica in temporalibus ministeria ex peculiari institutione ipsis incubere. sed vero labores eis, et offitia ea congruenti distributione tradant, ut tamen communi orationi valeant, cum cæteris interesse: in quotidiano recreationis loco cum alijs maneat; nec ab eo seorsim secedant; reuerentiam sacerdotibus præcipuam exhibeant: simplicibus clericis deferant; inter se vnitatem, pacem, ac modestiam conseruent; Religionis bono (prout eorum exigit gradus) opere intendant; et nihil omittant, quod Regulares, ac minores viros ex instituti ratione condeceat.

4. Eos tamen optamus sæpius meminisse, non minus in sua humili vocatione Domino gratos esse, quam sint ij, qui ad clericalem statum vocant; quod quidem dominus est, qui Pater omnium omnes complectit, eisque non secundum status rationem, sed secundum cuiusque merita, ac labores præmia largit; quinimo maiora sæpe expectent, si maiore charitate referti, opera, ac ministeria in humili statu exerceant. qua propter sua sorte contenti propriæ saluti, sic serio intendant, ut etiam ad proximorum iuuamen, tum exemplo, tum nostros operarios adiuuando, libenter colaborent, sic enim bonorum omnium, quæ in vniuersa Religione nostri clerici ad animarum salutem operantur, consortes sine dubio fient. Proinde vero superiores cohortamur, ut fratres laicos peculiari quadam charitatis beneuolentia complectant, eorumque saluti (ut par est) accurati incubentes, eorum commodis, et quieti omni consilio, industria, atque labore prospiciant.

Finis.

Cons=

CONSTITVTIONVM

Clericorum Regularium Minorum

Pars Tertia.

De domibus nostre Religionis:

1. Sicut personis, que uno spiritu congregate, unum sane corpus efficiunt, Religio constat: ita insuper domibus, ac locis coagmentata subsistit: de qq merito (ut constitutionibus nihil desit) hanc tertiam partem instituendam decrevimus: atq primo de domibus in communi; de singulis deinde in specie agemus.

Caput 1.m

De varietate, et appellatione Domorum, qq nra Religio constat.

1. Instituti nri completa ratio poscit, ut varia, ubiq gentium, domorum loca construenda curemus, et omnia uno spiritu colligata sub uno Genli capite talia sint, ut in tam varijs, velut in una domo unius moris cohabitemus omnes.

2. Proinde vero, ut rite omnia disponantur, et nras functiones recto ordine exequi valeamus, omnino oportet, ut quatuor domorum genera, in singulis provincijs construantur.

3. Et primum quidem sit earum, que duntaxat ad educandos novitios antequam professionem emittant, erigentur; loca sane que omnino a ceteris domibus, seiunctim constructa, et separata existat, ut vel sic liberiori

Const. pars 1.a c. 26. §. 48. 78 Non permittatur nostris religiosis, vt in se suscipiant ea peragenda Secularium negotia, quæ ipsos a regularib. obseruantijs impediant absque expræsa licentia Patris Prouintialis, eiusque Consultationis, qui eam concedere valeat ad duos tamtummodo menses; prolongiori autem tempore requiratur licentia Patris Generalis cum sua Consultatione.

Moneantur etiam Superiores vt obseruari procurent regulam præscribentem ne nostri Religiosi rheda per Vrbem vehantur nisi licentia singulis vicibus a Superiore impetrata.

Decretum. VII. de Profesis qui redeunt ad nostram Religionem.

Facultas quæ ex nostrarum legum præscripto non nisi Capitulo Generali competit remitendi pænas contractas ob crimen Apostasiæ, et fugæ a Religione, seu ob transitum ad aliam Religionem, ex vi præsentis decreti committitur pro futuro Sexennio, Patri Generali cum sua Consultatione, respectu tamen eorum tamtummodo qui modo sunt extra nostram Religionem, siue vt Apostasæ, siue vt fugitiui, siue cum habitu alterius Religionis, vel qui iam sunt in Religione pænis prædictis obnoxij: ita vt arbitrio eiusdem Consultationis, pænæ prædictæ quæcumque sint, vel moderari, vel etiam in totum remitti posint.

Decretum. VIII. circa reintegrationem quorundam Capitularium Prouintiæ Hispaniæ ad vocem decissiuam per successionem.

Cum in Capitulo nostro Prouintiali Hispaniæ celebrato anno 1648 decretum fuerit vt illi Sacerdotes, qui vocem decissiuam iure succesionis

Prov.lis capitulum domum aliquam, quouis nom.e appellatam funda-
di potestatem habebit.

2. Porro situs, siue locus, in quo domicilium aliq. erigendum nobis erit, talis eligatur, qui salubri aere sit dotatus, talis insuper, in quo regularis obseruantia iacturam facere nullatenus possit, et in quo etiam tot numeri Religiosorum conuiuere queant, quot ad rectam domus constitutionem, ut minimum necessarij erunt: qui quidem numerus infra Cap.e 4.o praescribitur.

3. Sed proinde in modo, et ratione fundandi, si conditiones, et pacta quaedam nobis obseruanda, vel onera subeunda proponantur, ea quidem acceptare nequaq.m licebit, si n.ro instituto coaptari non possint.

4. Caeterum dissolutio, seu dimissio domus rectae, siue fundatae, ea tantum rat.e fieri aliq.d poterit, quatenus domus illa per maximum detrimentum, quod nequeat alia via reparari, Relig.i afficiat: et in hoc plane casu capitulum Gen.le dumtaxat hanc dissoluendi facultatem habebit.

Cap. 3.

De aedificijs, et dispositione domorum.

1. Nulla domus, nec etiam eius pars sine consensu Cap.li localis, et sine Prov.lis licentia possit de nouo aedificari; et in ea quidem construenda modellus efformetur, ad cuius deinde normam tota aedificij ratio dirigat.r Praefitiatur item vnus ex n.ris, qui operis ministerio diligenter intendat. In aedibus autem, quae habitat.i deseruient, nil admittatur, q.d nimio artificio elaboratum existat, nihil etiam q.d curiositatem confoueat, q.d que Minorum humilimo statui aduersetur.

2. Sed et domus dispositio sic se habeat; in primis ecclesia ibi cum sa-

crario

ac etiam (vbi fieri potest) cum cæmeterio construatur. Quæ ædibus ad habitationem destinatis sit coniuncta: deinde ædes ipsæ ea ratione sint dispositæ, ut in eis singula cubicula pro singulis Religiosis habeant.

3. Sit item Oratorij locus, in quo spualitr aliquæ functiones peragantur; similiter in salubriori parte domus locus alius pro valetudinario, et in remotiori pro externis hospitibus alter: ad communem mensam, ad communem Bibliothecam, communem recreationem, et prope ianuam domus ad collationem externis habendam: atque ad offitinas singulas, singula loca aptentur; et quamuis arcta sit habitat.o communes saltem officinæ omnino non desint.

4. Iam vero totius domus, et cubiculorum parietes nudi omnino sint, et nihil ibi, l. materia, l. artificio pretiosius existat: in cubiculis autem suppellex a pauperum statu non abhorrens, habeatur, sit ibi lectus, vnum, aut duo sedilia; plutei ad libros custodiendos; mensa, et quæ alia Religiosæ paupertati consentanea necessaria erunt.

5. denique cubicula singulis a sup.e ad libitum destinentur, et ad libitũ ab vno ad aliud transferre quemlibet possit, peculiaribus, singulisque clauibus obserentur; ita tn, ut (supra capite de paupert.e præscripsimus) vna claui communi, quæ apud sup.em erit, aperire facile possit.

Cap. 4.

De Personis ad cohabitationem domorum destinandis.

1. Plura sunt, quæ ad personarum cohabitationem in domib. expectare videntur, earum scilicet numerus, status, assignatio, translatio, et denique cohabitandi modus.

2. De num.o decernimus, ut nulla sit domus cuiuscumque generis, in qua viginti ad minus nisi Religiosi non conuiuant. Quod si forte de=

signatus

signatus hic numerus in aliqua nra domo, vel ali[illegible] non posit, vel saltem proxima spes eos alendi non adsit, potissima causa hæc erit, ut decius domus dimissio, seu dissolutio cogitetur; id q. potius mentis niget, quam ibi minorem numerum non sine Religionis detrimento permittere verumtamen id totum intelligi debet de domo iam firmata, quæ iam admissa, et fundata est; si enim hospitium in aliqua civitate, ubi domicilium non habemus, ad pertractanda fundationis negotia sumetur; in eo assignatus numerus necessarius non erit. Plures tn ibi (nemo solus) cohabitet. Iam vero domibus, quæ in magnis urbibus construent, maior semper designabitur numerus, nullibi tn ita multiplex, ut onerari potius videatur domus, quam sublevari.

3. Porro personarum status, quatenus ad domorum cohabitationem requiritur, in singulis domibus triplex erit, complectens nimirum sacerdotes capitulares, simplices clericos, et fratres laicos. Nec ulla sit domus, in qua aliquis ex tribus istis personarum statibus aliquando desit. Quamvis permittendum erit, ut simplices clerici in domibus recessus, non vero sacerdotes, et laici desint.

4. Sed iam ulterius personarum assignatio neccesaria erit; non enim arbitrio quisque suo, quam libuerit domum eligere sibi, aut designare valebit; sed id totum ad Provincialem spectabit, qui pensatis undique locorum, et personarum circunstantijs, personarum assignationem ea distributione perficiet, ut domus quælibet suos habeat Religiosos viros, qui ei necessarij, et sufficientes erunt.

5. Sed istorum translatio ab uno in alium locum sine iusta causa non fiat, nec transferendi potestas penes alios erit, quam penes Generalem, vel Provincialem, qui profecto capitulares, sacerdotes, clericos, laicos, Professos, Novitios ad libitum mutare licebit; sed vide de translatione Religiosorum in regionem longinquam serventur, quæ in 1ª parte cap. 20.

sunt praescripta; ulterius etiam capitularis, ac etiam simplicis sacerdotis per mutatio sex menses ante Capitulum Provinciale, neque a Patre Generali, neque a Provinciali sine Assistentium voto fieri possit; illud vero adiungimus, ut quandocumque Religiosus aliquis cuiusque status, vel gradus de domo in domum transferendus erit, antea (si commode fieri possit) ambo domorum Praepositi certiores fiant: et cavendum, ne ita uni domui in ea translat.e consulatur, ut altera detrimentum patiatur; denique migrationis sumptum ea domus soluere teneatur, ad cuius bonum migratio spectat.

6. Nunc vero cohabitationis modum statuamus, qui in universum duplex erit, nam alij ut domui assignati conuiuent: alij v.o ut hospites; qui assignatus erit, is profecto complete quoad omnia eius loci gubernationi subdatur; et regulas omnes exacte observet.

7. Qui vero ut hospes, regulas quidem omnes in quacumque domo extiterit, seruare, oneraque subire, atque eius loci gubernat.i subijci teneatur; verum si ob negotia peragenda ibi commoretur, poterit Generalis, vel Provincialis iuxta qualitatem negotij aliquam ei exemptionem ab ijs oneribus tribuere, quae eiusdem expeditioni possunt obstare: sed ea tamen in litteris patentibus speciatim scribatur, et eius domus sup.i patefiat. Volumus tamen, ut quo tempore ibi manebit, sacrifitium missarum pro his teneatur offerre, quos eius loci Praepositus dessignabit. Verumtamen administrationis iura, et quoad benedictiones, et signandum in ea domo hospes morabitur, nequaquam ei competent; sed omnino quoad haec (et si capitularis fuerit) extraneus censeatur; Iam vero hospitium eo spatio concludatur, quod Generalis, vel Provincialis arbitrium iudicabit.

8. Denique nulla sit domus, quae hospitem ex nostris eo loci missum, et si diversae provinciae is fuerit, non plena charitate complexum admittat; sed omni temp.e singulis quibuscumque aperienda ianua erit, et nemini prorsus denegada, et propterea sub gravibus etiam poenis superioribus, ipsis

suo

suo temp.e infligendis, mandamus, nec ullo unquam temp.e, nec ullo prætextu permittant, ut ubi domicilium habemus, quis nostrum aliti, quam in eadem domo permaneat.

Cap. 5.

De rebus, et bonis domorum

1. Etsi paupertatis lege, quam solemniter profitemur, omnino cogamur, proprium aliquid in hoc mundo privatim non habere, vel possidere, ut nudum Xpm nudi sequamur, nihilominus tamen cum universa Religio, et singulæ nræ domus in communi, et de commun vivat; bona in communi habere, et possidere semper eis licebit: Quorum proinde varietas, et qualitas, comparatio, et conservatio, administratio, et distributio, de domo in domum translatio, et denique extra Religionem alienatio hic præscribenda se offerunt.

2. Et q.d primo attinet ad bonorum varietatem, et qualitatem, alia bona erunt mobilia, alia immobilia: mobilia vero, quæ ad usum Ecclesiæ tamquam Deo sacra destinantur, et si pretiosissima sint, et auro, ac gemmis præfulgeant nro instituto, quo Dei cultum omni via promovere tenemur, quam maxime congruere declaramus. Quæ autem mobilia ad usum domus, et Religiosorum aptant.r, ea sane paupert.is decore ornentur; et idcirco non solum privatim, sed neque in communi serici argentei, aut aurei aliquid apud nos ad usum domus, vel Religiosorum habere unquam posse, sancimus, siquid vero ex ijs donat.e, vel alio modo ad nos pervenerit, idquidem, vel venundetur, vel ad Ecclesiæ usum aptetur; Ad hæc q.d spectat ad immobilia bona, mandamus, ut dom.s exercitiorum ex peculiari paupert.is instituto, rura, sive prædia nullo penitus modo habere, vel possidere unquam possint; nisi dumtaxat cum onere perpetuo missarum, prout iam supra cap.e de paupertate

decrevimus; addentes tn, ut si pecunia habita, cum huiusmodi perpetuo onere missarum emenda sint prædia, sive rura, non emantur, nisi Provlis capitulii, vel Provlis, et Assistentium saltem consensus accedat. Illud tamen mandamus, ut nullo modo rurium, vel prædiorum cultura exerceatur a nris; immo et volumus, ut eisdem locis, nullo penitus modo, quis nrum cohabitet; sed nihilominus cum ad honestā animi recreationem, quæ ad observantiæ robur maxime confert, æquum sit, ut Religiosi viri peculiarem aliquem locum extra domum habeant, in quo simul convenientes, modesta remiss.e animū levent: ne per extranea loca vagentur, concedimus, ut solummodo vineam aliquam, aut huiusmodi generis locum, nrīq tn paupertati consentaneum, sine onere eis domus exercitiorum habere, et posidere libere posiint; sed tn ut recreat.i potius, quam utilitati deserviat.

3. Deniq inter varia bonorum genera annui redditus numerentur, qq volumus, et stricte mandamus, ut eædem exercitiorū domus nullatenus dotari, aut ijs potiri posiint; nisi fuerit cum onere perpetuo missarum; nam singulis nris domibus hoc modo habere licebit, ut in cap.o de paupertate præscripsimus. Sed iam ulterius bonorū quorumlibet comparatio, sic apud nos se habeat, inprimis nihil omnino sollicitudinis admittamus, sed in Dno spem nostram collocantes, eius primo regnum quæramus, et alia sine dubio adijcientur nobis: Proinde illa bonorum comparatio, quæ negotiat.e efficitur, omnino nris prohibita esse intelligatur, et solum ijs modis, ut Religiosos decet, ad communitatis usum bona cōparare licebit, videlicet.

C.G.7. §.3. f.1. 4. Primo elemosinis, quas profecto, sicut ultro a fidelibus oblatas recipere oportebit, ita etiam (ubi opus erit) ab eis petere consentaneū erit; et eapropter elemosinæ Procuratores a sup.r constituant; qui viri sint maturitate, et modestia, ac virtutum exemplo idonei; sed et

Laici–

Laici ad hanc rem bini mittantur; Caeterum prohibita nobis vbique intelligatur, ad eleemosinas colligendas arculae, siue capsae, et earumdem locatio in ecclesijs, et alibi, id quod indispensabile prorsus erit. Praeterea vt nemo quisquam, siue Praepositus, siue subditus, qui in aliquaria domo, veluti hospes morabitur, eleemosinas in eadem vrbe, nisi Prouintialis, et eius loci supr. facultatem scripto tradiderit, petere possit. Quod si vltro oblatas receperit, ei domui statim tradat, a qua hospitio receptus fuerit, nisi aliter Prouls, aut eius loci supr. disponat. Nemo insuper siue Clericus, siue Laicus eleemosinas pro suis propinquis, aut extraneis petat, nisi superior concesserit.

Sed et secundus modus comparandi bona esse potest, si donat.e et sucess.e testamento, legato, et alia iuris, aut hlis. loci dispositione aliquid ad nos peruenire contingat; et tunc si ea dispositio ad Religionem in communi spectabit; Genlis erit, de Assistentium voto, cui voluerit ex ipsis nris domibus, ea bona destinare: et similiter si ea dispositio vni competet regioni, in qua plures prouintiae erunt; Genlis, de Assistentium voto, qualibuerit distribut.e eiusdem regionis domibus ea bona applicabit. Si vo. vni tantum prouintiae, ea dispositio competet; tunc Prouls, cum suis Assistentibus, eiusdem prouintiae domibus, vni, et pluribus ea bona distribuet. Cum autem ad vnam domum ius illud spectabit, eidem soli peruenientia bona debita erunt; si tandem ad aliquem Religiosum qualicumque via peruenerint, illius domus erunt, vbi ipse assignatus conuiuet. Quod si ut hospes, tunc dispositio in eadē vrbe fiat, vbi ipse eo temp.e commorat, ad illam ipsam domum spectabit, a qua hospitio est receptus; si tn ut hospes in vna domo cohabitat, alibi tn in vrbe, vbi assignatus est, dispositio peragetur, ad eam solummodo suae assignat.is domum, ius illud deuoluetur.

Tertio modo comparari poterunt bona, ex onere missarum, vel

officiorum suscepto, si scilicet stipendium inde, l. congruus census habeatur, de quo statuimus, ut tale onus, vbi necessitas .vl. vrget, nequaquam sumatur; ea vero vrgente, suscipi quidem in qualibet nra domo poterit: Verum si perpetuum imponatur, obseruentur exacte, quae supra in capite de paupert. decreuimus. Volumus tn̄ ut in quolibet Prouli caplo decernatur, census, quantitas, quae pro onere hoc perpetuo suscipi in ea prouintia debet; ita ut p minorē quantitate, nemo tale onus admittere posit.

C.G.7. d.15. f.7. Quartus modus comparandi bona in qris alieni contract. consistere potest, de quo tn̄ decernimus, ut superior localis pro victu, et vestitu, pro necess. aedifitij reparat. et huiusmodi vtilitate manifesta, quae differri nequit, posit quidem sine aliorum consensu illud contrahere, sed non nisi ad summam vsque quinquag.ta aureorum; siue totam simul, siue per partes eam contrahat: Vltra quam capli localis consensum omnino requirimus, quem si adhibere supr. nolit grauissime puniat. Porro in alijs casibus praeter hos modo enumeratos, volumus, ut nullū aes alienum (modo ne exiguum fuerit) nē capitularibus quidē consentientibus contrahatur; si proinde ad annuos census reddendos pecunia suscipienda erit, tum capli localis, tum etiam Prouli, et Assistentiū consensus semper accedat.

Postremo iniungimus, ut quae debita contrahentur, in peculiari libro conscribantur, et omnino pro viribus adnitendum, ut quamprimū exsoluantur, et subsequens in gubernat. supr. prorsus caueat, ne qd. praecessor contraxerit, persoluere aliquo modo renuatur, l. nolit, alioquim grauissime puniatur.

Sed etiam de bonorum comparat. illud etiam adiungimus, ut quibus frequenter vtimur, et vsu consumuntur, siue ad victum spectent, siue ad vestitum, eorum comparatio tempore congruo fiat, ne cogamur contra

pauper-

paupertatis iura, rem postea carius emere.

Sed transeamus ulterius ad conseruationem bonorum; de qua statuimus, quoad ad mobilia spectat; ut ea in communi reposita, quę Ecclesię competunt in sacrario, quę vestitui, in vestiario; quę infirmorum curę, in valetudinario, et quę alijs rerum generibus in suis quęque locis distincte adseruentur, et in singulis singulos Religiosos deputare oportebit, qui eorum conseruationi inuigilent. Sed et prętera rerum omnium inuentaria fieri volumus, quę penes singulos istos deputatos erunt, sicut et librum, qui singula domus bona adnotata continens, in eiusdem domus archiuo reponatur, pręter quem Pater Proulis librum alium habeat, in quo suę prouintię bona omnia immobilia, et ex mobilibus, quę pretiosa erunt, conscribantur; et idcirco Prępositi omnes hęc omnia bona Prouintiali adnotata tradant; ipseque Prouintialis eadem ad Generalem conscripta referat: Qui similiter librum alium habeat, in quo singularum Prouintiarum bona registrentur, sed et insuper in his libris benefactorum etiam nomina, qui ea bona dederunt, conscribantur, cum ęquum sit, ut eorum memoria viuat inter nos; qui bene de nobis beneuolentię affectu merentur.

Sed iam de conseruatione pecunię, illud in particulari pręcipua ratione decernimus, ut ea quacumque ratione, titulo, ue ad singulas nostras domos, vel Religiosos peruenerit, statim sup.ⁱ deferatur, et in communi scrinium, tribus obseratum clauibus reponatur: Quas quidem tres claues, tres sacerdotes, singuli singulas apud se habeant: ubi vero opus fuerit, de communi scrinio aliquid promere, s, in ipsum pecuniam inijcere, accepti, expensique rationem, distinctis libris (qui in eodem seruentur scrinio) duobus saltem ex illis pręsentibus sacerdotibus, ad notentur; et prętera alter grandior codex, quo annuatim acceptum, expensumque fideliter ad summam referatur; et

horum sane librorum accepti, et expensi, non quidem Præpositus, sed arcæ custodes rationem visitatoribus reddant.

Iam vero administratio bonorum consequitur; de qua in universum statuimus, ut ea penes Præpositum sit, non quidem immediate per ipsum exercenda, sed mediate ad eius tamen placitum, et præscriptum (per suos ministros, seu offitiales, quos ipse constituet, qui quidem rationem ei de omnibus reddant) peragenda; sed de istis ministris cap.e 7. sermo redibit, vbi de ministerijs domorum agemus.

Atque interim ad distributionem bonorum transeamus, quæ quidem hac ratione disponetur; ut ex mobilibus bonis, quæ cuique opus erunt, tam in victu, quam in vestitu, et in reliquis omnibus, tamquam ex pauperum patrimonio a superiore singulis tribuantur; sed tamen sicut necessaria deesse non debent, ita superflua recessentur oportet.

C.G.7.D.13.f.6.
C.G.11.D.7.f.57. Porro inter mobilium dispositionem et distributionem pecuniæ expensas numeramus, quæ sane non nisi ad superiorum præscriptum fieri debent, nec aliquis sine eius licentia sive in proprium, sive in comonunitatis, aut alterius rei vsum impensam aliquam facere præsumat, grauiter puniendus, qui secus facere non erubescet.

Sed et quis sumptus pro victu, et vestitu, alijsque rebus peragendus erit, si notabilis quantitatis extiterit, sine consultorum voto nequaquã fiat; quorum etiam consensus in ipsa simul qualitate rei, quæ huiusmodi notabilis, prætio emetur, omnino adhibeatur.

Cæterum ad quotidianas victus expensas deputetur a superiore vnus, qui præfectus victus appelletur, isque libellum habeat, in quo quotidianæ rationes adnotentur; is vero ne sit vnus ex tribus capsæ custodibus; ab eo vero in menses singulos exacta accepti, et expensi cognitio exigatur: Ad hæc insuper volumus, ut impensæ omnes ab vno vicarij manu

manu largitę dependeant: ii enim ad præscriptum Præpositi præfecto victus, vestiario, librario, infirmario, sacristę, et alijs ut in suis quisque ministerijs impensas faciant, tunc temporis, cum eę peragendę erunt, non autem antea pecuniam tribuat; nec enim excepto præfecto victus, qui pecuniam apud se pro quotidianis expensis habere poterit, alijs ministrijs, eam ordinarie retinere licebit.

Denique elemosinę ab externis ad rem certam habitę in aliū usum nequaquam expendi possint, et qui superior contra fecerit, grauiter Proulis arbitratu puniatur. Caueat autem Religiosus quisque, ne inscio superiore offerentis voluntatem immutet. Proinde etiam volumus, ut quis subditus de supii licentia ad rem certam elemosinas procurauerit, superiori quidem ipsi omnino statim tradat, hic tamen in communem capsam eas reponere teneatur, nec ullo modo in alios usus, quam ad eos, ad quos de superioris eius licentia, iam a principio destinatę fuerunt, conuertat, arbitraria tamen pęna si contra fecerit a Prouintiali puniatur. Sed iam prosequitur ulterius, de domo in domum bonorum translatio, de qua decernimus, ut sine Capituli localis consensu, in quo duo partes assentiant, nullo unquam modo fieri posit; quidquid Prouintialis, vel Generalis præsceipserint, id quod de mobilibus primo quę minimi valoris non fuerint, intelligi debet, secundo etiam de immobilibus, qualiacumque fuerint, ac insuper de annuis redditibus in quauis minima quantitate extiterint: Hęc enim omnia, et singula, nulla ratione, nulloque prętextu, nec ullo unquam tempore, neque a Præposito, neque a Prouintiali neque etiam a Generali, et si Assistentes assentiant, de domo in domū transferri, vel applicari poterunt, sine consensu duarum partium Capituli eiusdem domus, unde translatio fieri debet. C.G.7.d.14.f.6. C.G.9.d.20.f.26.

Postremo bonorum alienatio, seu permutatio se offert, de qua statuimus, C.G.10.d.42.f.52.

ut quae mobilia fuerint, minimi tamen valoris, ea quidem extenuidare, et permittare praeposito, non autem alijs licebit, si vero notabili praetij extiterint, sine Provintialis facultate, et capituli Localis consensu neq dentur, nec etiam pignorentur, aut venundentur, vel quoquomodo alienentur.

Eleemosinae insuper pauperibus, pia semper charitate, non tamen sine prudentiae modo erogentur. Praepositus vero plusquam unu ~~argentum~~ aureum in menses singulos ne largiatur, nisi cum consultoribus rem antea communicet, atque illi assentiant.

Sed praeterea immobilia bona, sine evidenti religionis, vel domus utilitate, et si ne Provintialis, suorumque Assistentium placito, ac etiam Localis capli. ad duas partes consensu alienari, vel permutari, aut etiam pignorari nequaquam posse decernimus. Insuper autem ipsa bonorum alienatio, quamvis legitime decreta, nullatenus tamen, sine sedis apostolicae beneplacito, in his, in quibus de iure exigitur, executioni mandetur.

C.G. 7. D. 13. f. 6. Ad haec annuus ille census, sive proventus, qui ex perpetuo missarum, et offitiorum onere alicui domui proveniet, nullo unquam tempore alienetur, etiamsi Provintialis, et Locale capitulum, immo et Generalis ipse praeberent asensum: omnino enim nostrae mentis est, ut huiusmodi perpetuo oneri, perpetuus etiam correspondeat omni tempore census; quem proinde qui alienari praesumet, privationis offitij, ac vocis activae, et passivae, ipso facto absque alia declaratione incurrat.

Cap. 6.

De exertitijs domorum.

1. Singula exercitia, quae certis personis peragenda incumbunt, alibi in cuiusque regulis tradentur, communia vero hoc loco praescribentes, earu primo

primo varietatem sic designamus, ut alia sint communia, quę communi simul conventu peragentur; alia vero, quę ab omnibus, et singulis, non tamen in unum collectis pręstentur, et illa quidem communia primi generis dicemus: hęc vero secundi generis.

2. Communia porro primi generis, quę scilicet conventu communi peragentur, hęc omnino esse declaramus, nimirum renovationem votorum, officia divina, quę in choro, s. in ecclesia persolventur, ritum exercitationem, quę semel in singulos menses pręstari debebit, orationem mentalem, quę communis appellatur, examen conscientię, et simul gratiarum actionem post mensam, eucharistię sumptionem, quę clericis, et laicis pręscribitur, auscultationem sermonum, s. spiritualium collationum quę a superiore peragentur, communem flagellationem: communiter verrere semel in hebdomada ecclesiam: communem conventum ad sumptionem habitus, et ad professionem, conventum item ad morientem fratrem, collationem casuum conscientię; communem quidem refectionem, primaria quidem ratione, quę in prima mensa sumitur; communem denique recreationem.

3. Proinde vero communia secundi generis exercitia, quę scilicet ab omnibus, et singulis, licet in unum non collectis pręstanda sunt, hęc esse designamus, nimirum votorum emissionem, quę suo tempore fiet; orationem circularem in novitiatibus, et in recessus domibus, Missę auscultationem, vel ministerium, quod clericis, et laicis pręscribitur, et eius celebrationem, quę sacerdotibus: sacramenti penitentię sumptionem, spiritualia exercitia semel in anno peraganda, librorum spiritualium lectionem privatam, circulares penitentias, et alias corporis afflictiones, culparum in refectorio professionem, observationem silentij, et alia demum quę in prima parte in sex illis mediorum generibus, omnibus, et singulis obeunda pręcipimus.

4. Sed iam vlterius de personis ad hęc omnia exercitia destinatis decernimus, ut ad communia quidem primi generis conueniant, simul omnes, nec aliquis sine superioris licentia abesse pręsumat, siue sacerdotes fuerint=, siue simplices clerici, siue etiam laici, siue Professi, siue denique (vbi nouitiatus coniunctus habebitur) nouitij, quamuis ad collationem cassuum, et ad rituum exercitationem, fratres laici conuenire non debeant; neque etiam ad chorum, nisi dumtaxat ad matutinum, ea ratione, quam suo loco pręscripsimus. Et similiter Nouitij neque ad collationes spirituales, et sermones, neque ad examen conscientię vespertinum inter professos peragendum, nec et ad collationes cassũ conuenient: Quibus insuper cassibus professi clerici nec interesse cogentur.

= Siue Capitulares,

5. Iam vero ad communia secundi generis exercitia, omnes, et singulos destinamus, adeo ut nemini liceat, ab ejs aliquo se modo eximere.

6. Porro tempus ad exercitia primi generis designandum, sic disponatur, ut opportuna ~~horis~~ fiant; et ea propter in singulis prouintijs, pro regionum, et climatum varietate congruenti dispositionis ordine destinatę, pro ijsdem horę distribuantur, et in tabella conscriptę retineantur, ac etj experim.to probatę, typis, ad capituli Prouintialis pręscriptum mandentur; easque nemini variare licebit. Sed et plurimum iuuerit ad consonam horarum dispositionem, si domus singulę suum peculiare horologium habeât, ideoque illud superiores efficere curent.

7. Ad hęc modus ad exercitia conueniendi per campanę pulsum erit, qui varie iuxta exercitiorum varietatem diuersificabitur, vniformi obseruantia in singulis n̄ris domibus constanter vbique retinendus, nec alios pręter designatos licebit introducere pulsus.

8. Sed et ordo insuper in eisdem primi generis exercitijs, apprime necessa-

necessarius sic disponatur; primo quidem in domibus exercitiorum, recessus, et separati nouitiatus, a matutinis precibus, ~~a~~ hora designata persoluendi initium sumet, post quas immediate sequetur, prima communis oratio, et ea absoluta pulsabitur ad secundam; et statim deinde circularis oratio incipiet, vbi scilicet ea institui debet. Vlterius autem, suo destinato tempore, horę dicentur, et diebus festis missa simul solemnis, eo ordine, quem prescripsimus; hora proinde competenti prandium subsequetur, et immediate post illud gratiarum actio, et examen conscientię, et statim deinde communis recreatio ad horam, qua expleta pulsabitur ad meridianā quietem. Postea vesperę subsequentur, cęterum vespertina oratio, vespertina recreatio, et vespertina refectio, eo ordine disponantur, prout disponenda suis locis prescripsimus, habita ęstatis, hyemisque ratione, Volumus autem, ut a dato vltimo signo prandij, ad cęnam vsque, octo, ut minimum horę intercedant, aliquid vero amplius, usque ad refectiunculam vespertinam ieiunij die. Denique cubandi signum, hyeme post horam dabitur a prima mensa expleta, ęstate vero duos circiter quadrantes a silentij signo.

9. Iam vero in collegijs hic idem ordo diebus dominicis, ac primę et secundę classis seruetur, alijs vero diebus, cum ibi chorus esse non debeat, initium exercitiorum a prima communi oratione sumendum erit; quę pulsabitur paulo post illud tempus, in quo matutinę preces in choro persolui debent. Vltimo decernimus, ut hic exercitiorum ordo inuariatus vbique retineat, et in eo diuersitas euitet.

Cap. 7.

De Ministerijs domorum.

1. In Religiosis ędibus sicut exercitia ad regularem disciplinam

spectantia designantur, ita insuper ministeria ad domorum dispositionem ordinata deputantur. Quorum primo varietatem sic prescribimus, ut omnino hęc singula, in singulis nostris domibus habeantur, ut ministerium ecclesię, sacrarij, bibliothecę, victus, vestitus, valetudinarij, procuratoris negotiorum, ianuę domus, mundiciei, signorum denique ad conuocandos Religiosos.

2. Ad quę omnia personę deputentur, quę in charitate, ac diligentia ministrantes consonam reddant ordinationem domorum; unde constituatur unus, qui prefectus ecclesię appelatus, ei immediate intendat; alter qui sacrista sacrario; qui choro, cęremoniarum Magister, qui bibliothecę, bibliopola; qui victus prefectus, victui, [margin: qui vestitui, Vestiarius: qui negotijs, Procurator;] qui infirmorũ curę infirmarius, et sic de singulis. Quorum omnium deputatio ab ipso domus Prępositio fiet: qui ut bonus artifex ad quemlibet usum idonea instrumenta coaptare nitatur. Et laicos quidem ad ea ministeria, quę manuum exercitium, et occupationem nimiam exposcunt: Claricos vero, et sacerdotes ad alia, quę occupationem minus indigere videntur; sed et virium ętatis, et valetudinis ratio in hac deputatione semper habeatur. Denique communis etiam mutatio ab ipsomet Prępositio dependebit, qui tñ ad ea ne facile proclivis inclinet.

3. Cęterum ut in singulis ministerijs deputati ministri recte se gerant, singulis ipsis instructiones scripto tradantur. Quę ex libro de nostris regulis transcriptę colligentur.

Cap. 8.

De Domibus nouitiatus separatis.

1. Hucusque satis de domibus in communi, nunc de singulis agendũ: et a separatis nouitiatibus incipientes, eorum primo numerum sic

prescri=

praescribimus, ut in singulis Provintijs unus, vel ad summum duo, siue intra urbem, siue in eius suburbijs in loco salubri constituantur, et ubi huiusmodi domus separata sufficiens, et capax statuetur, in ea quidem prouintia coniunctus nouitiatus nullatenus habeatur.

2. Eius proinde dispositio hac ratione ordinetur, ut sit ibi ecclesia ad diuina offitia celebranda, non quidem intra claustra sita, sed eis tantum coniuncta. Edes pro habitatione tot ad dormiendū separatas cellulas contineant, quot nri nouitij, et aliae personae ibi degentes erunt, oratorium insuper, et alia apta, et communia loca ad communes functiones, et officinae distinctae habeantur. Hortus etiam ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus non desit.

3. Porro ad huius loci cohabitationem has personas destinamus; inprimis nouitios prouintiae; 2º Magistrum, qui eiusdem loci Praepositus erit; eiusque vicarium, qui coadiutoris munere fungatur, Tertio duos alios Patres decisiui suffragij, qui simul cum vicario consultores erunt; tali tamen spiritu, atque talento praediti, ut facile Magistri nouitiorum euadere possint; quarto Patrem alium, qui procuratoris offitium subeat, et non minus virtutum exemplo polleat, quam in agendis negotijs dexteritate, ac diligentia praestet; quinto aliquos etiam clericos, professos et laicos ad varias ibi functiones obeundas. Praeter hos aliorum nemini, neque etiam accedere sine Magistri licentia eo loci licebit.

4. Iam vero de bonis huius domus, decernimus, ut ea notata ad nouitios alendos annuis redditibus praecipue constet; nihil quibus inde ibi desit, quod diuinus cultus, itemque victus, et vestitus ratio poscat.

5.

5. Exercitia porro quę hoc loco peragentur, eadem sint, quę in domibus exercitiorum adnotantur, adiuncto insuper orationis circulo; excipimus tamen vitę activę, exercitia circa externos, pręter qm. pęnitentię sacramenti ministerium, quod ibi de licentia Provintialis a consultoribus, non autem a Magistro, et vicario, externis poterit exhiberi: scholastica vero litterarum studia, et facultates inferiorum eo loci omnino prohibemus. Sed porro peculiaria huius domus exercitia iam ex parte (cum de novitijs agebamus) designavimus, et complete in libello de instructione novitiorum tradentur.

Cap. 9.

De Domibus Studiorum, seu Collegijs.

1. In singulis provintijs destinatę ad scholastica studia domus tot numero, quot pro scholasticis nostris necessarię erunt, intra urbē, non extra habeantur, sic dispositę, ut ibi ecclesia domui coniuncta,
C. G. 9. D. 7. f. 20. et in remota parte domus scholę constituantur: annuis redditibus ad scholasticos alendos dotentur.

2. Sed et persone, quę ibi convivent, huiusmodi erunt, nimirū ipsimet scholastici nostri, eius loci Prępositus, Vicarius, consultores, procurator domus, et alij ad alia munia obeunda necessarij. Nemo autem qui collegio non deserviat, ibi convivere possit, nisi ex gravi causa, id alicui de Assistentium voto Provintialis concedat. Novitijs autem nullo modo, nec ulla ratione ibi cohabitare licebit.

C. G. 9. D. L.o p. hon. Hist. f. 29. 3. Quod vero ad exercitia, et ad rationem vivendi attinet, chorus ibi quotidianus non erit, sed Dominicis tantum, et festis diebus primę, et secundę classis, ea ratione, quam in prima parte prę=

crips imus

cipimus; circulares illę afflictationes, quę penitentię dicuntur, ne fiant in singulis diebus omnes, sed singulę in singulos dies; sextis ferijs communem flagellationem, ieiunia itidem aduentus Dni, et secundę, et quartę per annum ferię abstinentię carnium, atque huiusmodi ieiuniorum, rerumque aliarum obseruationes habeant, Collegiarum secus, ac domus reliquę, sed et vitę actiuę exercitia ad proximorum iuuamen libenter ibi admittimus; non tamen adeo complete, ut in exercitiorum domibus; sed vero peculiaria exercitia collegiorum, erunt pręcipue ad scholastica studia, quę ibi omni tempore accuratissime retinere, ac promouere oportebit.

Cap. 10.

De Domibus exercitiorum.

1. Inter omnia domorum genera exercitiorum domibus primarias vices iure optimo tribuimus; cum ibi instituti nostri ratio cõplete quoad omnia exoluantur, et contemplationis simul, et actionis exercitia rite ibi pręstentur; ergo in singulis prouintijs, hę domus, in maiori numero, quam reliquę, et intra vrbium męnia construantur, vel saltem in suburbijs.

2. Ea dispositione, ut ampla ibi ecclesia, et omni decore fulgens, ędibusque coniuncta locetur, ipsę vero ędes omnibus, ad habitandum, et ad communes functiones obeundas, locis aptentur.

3. Personę vero ibi degentes, eę sint, quę spiritus, ac litterarum talento pręditę, utriusque valeant munia vitę pręstare, et omnino ad clericales functiones obeundas clerici ibi + desint, ac ea propter secundus nouitiatus, ut iam aliti statuimus, in huiusmodi domibus peragetur.

+ non

4. Proinde vero exercitia omnia contemplationis, et actionis, quę

in prima parte præscripsimus, huius domus propia, et peculiaria erunt; vnde chorus quotidianus, circulares pœnitentiæ, sacramentorū, et verbi Dei administratio, quadraginta horarum oratio, sæcularium cōgregationes, et reliqua omnia, quæ tum actiuæ, tum contemplatiuæ parti debemus, ibi completa ratione persoluentur. Excipimus vero scholastica litterarum studia, si in eadem prouintia sufficiens studiorum domus, seu collegium erit; quamuis rethoricæ, et linguarum facultates pro nostris proffessis, qui ibidem secundi nouitiatus tempus traducunt, omnino legere oporteat.

Cap. vltimum

De Domibus recessus.

1. Vt remotis impedimentis contemplationis iter libero semper cursu a nobis arripi posit, domus illas, quæ recessus appellantur, constituendas esse decreuimus; sed non nisi singulæ tantum in singulis prouintijs; sint porro amœnibus, et sub vrbis dissitæ, et ecclesiam habeant intra clausura; quæ fœminis nullo modo ingredi licebit; ædes proinde ea dispositione, qua aliæ reliquarum domorum ordinentur.

2. Soli ibi degent proffessi, ex ijs nimirum, qui in ea prouintia, ut assignati conuiuunt, quique nullo interim fungantur offitio, nouitijs ne pateat aditus, neque etiam clericis profesis, qui sacerdotes non sunt, Nemo insuper punitionis, vel pœnitentiæ prætextu; nemo etiam, qui renuat ad has domus licet per paucos dies destinetur; sed et qui libere, et spontanee ibi cohabitare voluerit, eis tamen promiscue ne pateat aditus, sed delectus habeatur, prout prudens Prouintialis discretio (cuiuscumque licentia accedere pūlibet debet) non sine maturitate disponet, Cæterum ex ijs ad offitium aliqᵈ. alibi administrandum eligere poterit Prouintialis, quem voluerit; et si quis insuper egredi, et

Si, et aliam migrare domum velit, id si superiorem premoneat, cuique licebit, modo ad eam domum redeat, unde discesserat. Const. pars 3.a c. 5. f. 128. c. 9. 7. & 3. f. 1.

3\. Iam vero ad eos, qui ibi degent alendos, annuis redditibus ea domus dotetur; exercitia autem, et viuendi ratio sic se habeat; in primis nulla ibi vitæ actiuæ exercitatio admittatur; et ideo secularibus predicare, et eorum confessiones audire non licebit, nisi grauem ob causam id aliquando Generalis concedat. Scholastica litterarum studia nulla ibi instituantur, ac proinde nulla scientia, vel facultas prelegatur, ne nostris quidem (vnam excipimus misticam Theologiam, quam ut pote tali loco congruam semel in hebdomada prelegi volumus. A dicta domo nemo egredi poterit, nisi Procurator cum comite laico, et quotidianè victus emptor: silentium ibi perpetuum ab omnibus obseruetur, ita ut cum secularibus, neque inter se vnquam colloqui liceat, nisi prescriptis diebus quando simul conuenient, ut mox dicemus; excipimus tamen loci prepositum, procuratorem, et ianitorem; ij enim qui negotia domus administrant, silentium tam arcte custodire non poterunt, excepto aduentus, et quadragesimæ tempore. Ter tantum in hebdomada simul conueniant; hyeme post prandium, æstate post cœnam, per horam, ut inuicem colloquio solatium sumant; nempe die dominico, feria tertia, et quinta. In aduentu autem et quadragesima semel diebus Dominicis, semel in die post prãdium; et magis peculiaria huius domus exercitia, chorus, et circularis oratio erũt, et alia oĩa, quæ cõtẽplatiõi debent, hoc n. intuitu has amplectimur domus recessus.

Finis Tertiæ partis.



Constitutionum Clericorum Regularium Minorum.

Pars quarta.

De gubernatione, ac Regimine huius nrę Religionis.

Provida iam dispositione monemur, ut nrę Religionis gubernacula faciamus, superq̃ firmiter solidata, instituti ratio (auxiliante deo) in concussa manebit; quandoquidem hęc esse perhibentur, per quę cętus cohęrēt, et sine quibus ipse dissolui cogūtur, sed plane cum duplex in omni societate instituti gubernatio possit, nimirum gubernatio per leges, et gubernatio per personas, utramq; simul ad nrę Religionis munimen complectentes, per sequentia Capita disponemus.

Caput 1.^m

De prima nrę Religionis gubernatione quę est per leges in vniuersum.

1. Prima gubernationis ratio legum continet instituta, quę omnibꝰ tacita quadam voce loquentes devios motus sua virtute reprimunt, extirpant vitia, virtutes inserunt, mores reformant, ut merito illa vita Regularium verè sit, quę legis imperio disposita ordinatur.

2. Sed proinde, ut nrę leges recta valeant, nos moderatę dirigere, operę prętiū est, ut earum ratio hoc loco serio pręscribatur, quam sane disponentes, earum primo varietatem trademus, deinde eas condendi potestatem, tum earum dispensationē, declarationem, et innouationem, postmodum obligationem, et vim.

Caput 2.

De legum nostrę Religionis varietate.

Ut

1 Vt legum plenitudini consulamus, ex qua facilius in moribus uniformitas, in actibus directio, in cadentibus remedia promanant, iure, ac merito earum varietatem præscribimus, et in hos libros diuidimus. 5

2. Quorum primus, et præcipuus inter omnes, et veluti fons ceterorum constitutiones comprehendet, quibus scilicet instituti nostri ratio, et totius regularis vitæ substātia solidatur, quales nimirum sunt omnes hæ, quæ in hoc libro in quatuor partes distinctio continentur. 6

3. Sed præter hunc secundus liber erit, in quo regulæ omnes, tunc communes, tunc particulares conscribentur; communes quidem, quæ nihil aliud sunt, quam hæ leges, quæ omnibus, et singulis Religiosis obseruandæ incumbunt, et ea propter obseruantiæ communes dicentur. quarum sane plurimæ, et fere omnes in hoc libro constitutionum habentur, præcipue in prima parte; et ideo necese erit, ut inde simul depromantur, et in vnum, velut in compendium redacte colligantur; et aliæ etiam, quæ magis ad particularia descendant, simul cum illis addant, ea capitum diuisione, quæ facilior, et aptior erit, ex quo fiet, ut breviter collectis, Religiosus quisque habeat, quæ ab eo obseruari debebunt. 7 8

atque in eo 2° legum libro colocēt:

4. Sed vero præter has, quæ communes regulæ, seu obseruantiæ dicunt, conscribendæ erunt, et in eodem 2° libro collocandæ regulæ particulares, et instructiones variæ ad omnia personarum genera, earumque status, ac ministeria expectantes; nimirum regulæ, et instructiones Prouincialis: regulæ, et instructiones Assistentium; instructiones præpositi, et sic de singulis, ita ut nemo sit, qui in aliquo statu, vel offitio, etiam infimo constitutus, suas peculiares non habeat, regulas, quibus sibi munus iniunctum complere exactissime posit; et tanti esse, peculiares has instructiones arbitramur, ut sine illis confundantur, apportet, quæ regularis ordo exposcit, ergo præscribantur, et statim, atque in aliquo fuerit, siue statu, siue officio quis locatus, sua cītādatur instructio, qua facile, quod munus sibi incumbit, exequatur. Ceterum cum aliquæ ex ipsis regulis, in constitutionum libro (licet admodum paucæ) contineat; omnes inde depromptæ colligantur,

et

et cum alijs complete addendis vniantur.

5 Jam vero tertius nostrarum legum liber erit, in quo minutatim ritus omnes, et ceremoniæ conscribant, tum quæ in ecclesiasticis ministerijs peragenda erunt, tum et quæ in alijs nris functionibus, intra domus obeundis, instituti nostri ratio exposcit.

6 Quartus insuper erit, in quo ratio nouitios educandi late disponi, et magistri, eius coadjutores, instructiones, ac peculiares nouitiorum regulæ præscribi debebunt.

7. Quintus deniq in quo studiorum nrorum ratio, et regulæ omnes ad lectores, et scholasticos attinentes, et ad particularia descendentes plene tradantur.

8. Atq in hunc modum vniuersales nræ Religionis, et communes leges disponent, omni tempore, et vbiq locorum obseruandæ; præter quas decreta varia a Capitulis Generalibus suo tempore celebrandis, prout occasio tulerit, confici poterunt de quibus suo loco.

Cap. 3.

De potestate leges nras condendi, deq earum declaratione, dispensatione, ac mutatione.

1. Quod primo attinet ad leges condendi potestatem, illud decernimus, vt præter has ipsas constitutiones, quæ stabilitæ iam, et definitæ in hoc libro conscriptæ habentur, vt perpetuæ sint, vniuersales alias leges in quatuor alijs libris præscribendas, nemo prorsus condendi facultatem habeat, nisi dumtaxat Generale Capitulum, cui etiã super libera potestas inerit, quæcumq alia cuiuscumq generis decreta, totiusq Religionis communia, et vbiq seruanda conficere, dummodo sacris canonibus conformentur, et Concilio Tridentino, et constitutionibus Apostolicis; imo etiam potestatem habebit decernendi, vt præter has ipsas constitutiones, alia decreta ab eo confecta vim constitutionis retineant, et vt constitutiones habeant, dummodo per tria Capitula Generalia immediate sibi inuicem succedentia fuerint semper speciatim

In singulis ipsis confirmata.

2. Iam vero Præpositus Gen.lis, etsi Assistentes consensum præbeant, nullo modo novas constitutiones, aut cuiuscumq alterius ~~Gen.lis~~ Leges condere poterit; Generis 6.
sed solummodo ordinationes quasdam, ut malis, et in observantiis, quæ emergent, occurat, conficere, quæ iam editis legibus conforment; idq Præpositus etiam Prov.lis in sua provincia, et in eadem Prov.le Cap.lum, ac insuper localis sup.r in sua domo efficere eodem modo valebunt. In illis tamen ordinationibus parci admodum sint, nec nisi ubi necessitas postulabit, eas conficiant; sic tn ut constitutionibus, et aliis nris legibus non adversent.

3. Proinde quod attinet ad legum declarationem, ubi earum aliqua dubia esset, et interpretatione indigerit, tam Gen.lis, quam Prov.lis, quam etiam localis sup.r ea poterunt uti, si res inse non adeo fuerit tanti momenti; quod si alicuius ponderis extiterit, præsertim ubi agitur de aliquo substantiali instituto, interpretatio ad Generalem (Assistentium voto adhibito) spectabit, non tamen hæ declarationes vim legis universalis habebunt, nisi sequens Gen.le Cap.lum, in quo omnia examinari debebunt, hanc eis vim attribuat. Cæterum constitutiones ipsas ex professo exponere, vel commentario elucidare, nemini omnino licebit, quamvis glosæ quædam a Capitulo Gen.li ipsis adiici possint.

4 Præterea de legum nostrarum dispensatione; illud p.o expresse prohibemus, ne alicui domui, aut provintiæ ab aliquo onere, aut exercitio, quod eis subeundum erit, quovis colore, aut prætextu exemptio, aut dispensatio etiam ad tempus concedatur, neq etiam a Gen.li, quamvis Assistentes consentiant.

Deinde perpetuas dispensationes, seu exemptiones, sive ab omnibus simul regulis, oneribus, et exercitiis, sive tantum ab eorum aliquo peculiari personæ nullo pacto concedendas esse sancimus, easq, ut perpetuam Religionis labem sic omnino interdicimus; aut nullo tpe, nulloq prætextu, etiam a Gen.li de Assistentium voto eas dare posse, velimus, nullas, et irritas reddentes eas, quæ forte alicui concedentur, et qui extra Religionem eas sibi procurare præsumpserit, ipso facto, quo-

quolibet iuris suffragio priuatus existat; ac ut Religionis aduersarius iure excidendus erit, cum ei perniciem non veneatur afferre.

6 Iam vero temporariae dispensationes, seu exemptiones ad aliquod tps, praeter eas admodum paucas, et raras, quae in his constitutionibus, iure, ac merito aliquib. tantum, alijs omnibus praegrauatis in casu particulari concedere visum est: nulli aliae cuiq concedant: nisi ubi necessitatis ratio, vel alia grauis causa interuenerit; et tunc quidem non ab omnib. oneribus, vel exercitijs, sed ab ijs tantum, quae eo necessitatis tempore, vel nullo modo, vel saltem difficile subire valebunt; et ita insuper concedi poterunt, ut tamen nihil in vniuersum, a nris regulis, et obseruationibus detrahat, sed solum in casu aliquo particulari paucis vicibus, talis dispensatio fiat et cum aliquibus tantum, qui indigere videbunt; eas porro concedendi facultatem, non solum Genlis, sed Proulis, atq ceteri Sup.s etiam in suis quisq locis habeant; sic tamen ut Genlis, vel Proulis assignato religioso in alia domo, quam ipsorum residentiae destinata, non prius dispensationem concedant, quam relationem a loci praeposito habeant; et si deinde ultra duos menses eam protrahere velint, omnino Assistentium vota adhibeant; In vniuersum autem Sup.es omnes nostri videant, ne forte praetextu dispensationum abusus irrepant, et quid, cui, quandiu, et quatoe concedant. semper illius sententiae meminerint, ubi necessitas non est, nullo modo maiorum instituta violentur.

7 Sed iam de legum nrarum mutat.e, seu innouat.e illud in vniuersum sancimus, ut positas semel leges constanter obseruemus, neque earum aliquam, nisi ubi aliter vel summa utilitas, l, summa necessitas exposcerint, immutare tentemus. nam profecto totius mali fons, et origo turpis illa inconstantia est, qua iussa vetantur, vetita iubentur, et vacillabit religio, ~~ubi leges~~, ubi leges vacillant.

8. Sed etsi interdum ob summae utilitatis, vel necessitatis rationem, aliqua innouatione opus erit; potestas innouandi, seu mutandi leges vniuersales illis quinque libris contentas, ac etiam decreta Capli Genlis, penes ipsum Genle Capitulum solummodo erit; dummodo sacris canonibus, et Tridentino Concilio non contradicāt;

Prius tamen elaborandum erit, vt quouis alio modo nimirum declaratione, vel expositione necessitati prouideatur, absque expressa legis mutatione.

9 Deinde vero quod in particulari attinet ad librum constitutionum, in quo sane totius nri instituti substantialia continentur, decernimus, vt nullo modo aliqua ex hijs constitutionibus immutari, aut infringi possit, nisi ex quatuor Capituli partibus tres concurrant; atq in hoc vim constitut.is inter alia præcipue locamus. Sed et volumus insuper, vt quæ in ipsis Lex immutanda erit, ea nullo modo, nec vllo vnquam tempore ex hoc eodem constitutionum libro expungi, l. tolli posit; omnino enim integræ semper, quoad omnia, et singula hę constitutionum Leges eodem ordine, quo sunt conscriptæ, et quibus explicatæ sunt verbis, sine aliqua mutatione permanere debebunt; et satis erit, ac necessitati sufficienter consuletur, si quę immutatio decernatur, ea in decretis Capli Genlis conscribatur; sic tn̄ vt semper post tria Capitula Generalia colligant, simul, et in vnum redigant, decreta omnia, quę in tribus Caplis ipsis speciatim in vnoquoq confirmata fuerunt; et eo ordine, ac methodo, quę his constitutionibus sit conformior typis mandentur, sub nomine decretorum, quę vim constitut.is habeant; cęterum ad aliquas leges, quę in alijs Libris continent, immutandas maioris solummodo partis Capli Genlis sufficiens erit assensus.

10. Postremo ne extra tp̄s Capli, l. minima det, immutandi occasio, mandamus, vt nullo modo vniuersales Leges quęcumq illę sint, typis denuo mandari posint, post primas editiones, nisi grauem ob causam plenam dederit Præpositus Generalis de voto Assistentium facultatem.

Cap. 4.

De legum nostrarum obligatione, et vi.

1. Vis hęc, et obligatio nostrarum legum atendi potest, vel in ordine ad tp̄s, vel in ordine ad personas, vel tertio in ordine ad culpam, aut pęnam.

Quod attinet ad tp̄s leges nrat omnes vniuersales illis quinq libris conscriptę, ac insuper

decreta

decreta Capli Generalis, semper omni tpe vim habebunt; donec expresse fuerint ab ipsimet Caplo revocata; et eodem modo, quæ decreta in Provinciali Caplo feruntur, semper vim suam habebunt, usque dum ab alio Provinciali, vel a Genli capitulo sint abrogata. Ceterum ordinatus Prepositi Genlis, vel Provincialis, aut etiam localis, expleto eorum gubernationis curriculo, ipso facto quoad obligationem expirare intelligantur, nisi denuo a successore confirmentur.

2. Porro inde in ordine ad personas leges nræ ligabunt omnes, sine exceptione, tam subditos, quam Supres, nisi dumtaxat, ubi aliqua in casu particulari (ut supra dictum est) dispensatio intercedat.

3. In ordine vero ad culpam, et ad pœnam, testatum volumus, nullam nrarum constitutionum, et legum, nec aliarum deinceps faciendarum obligare nos ad culpam ullam cuiuscumque generis sit, sed ad pœnam solummodo aliquam; culpæ tamen hi solum erunt obnoxij, qui aut quidpiam substantialium votorum, vel iuramentorum, vel, quod naturali, divina, sive ecclesiastica lege prohibeatur, ausi fuerint violare; aut præcepto in virtute sanctæ obedientiæ, vel, sub pœna excomunicationis, a supre (modo quo supra) eis facto non obedire.

Cap. 5.

De secunda nræ Religionis gubernate in universum, quæ a personis exercenda erit.

1. Ad recte gubernationis ordinem, sola legum dispositio nequaquam sufficit, si non simul etiam personarum ~~directio~~ adiungatur, quandoquidem legibus, atque personis omnis gubernatio constat, et si leges tacitæ vocis moderamine reguntur, personæ auctoritatis imperio promovent, et opere ipso regiminis iura exercent; et idcirco eam modo gubernationem, quæ a personis exercenda erit, iure præscribendam agredimur; primo tamen in communi, deinde vero in particulari, et in communi quidem eius varietatem personarum, ad eam promotionem,

ipsorum-

ipsummet gubernationis exercitium, et deniq durationem, et desitionem disponemus; in particulari autem de gubernat.^e Genli, de Prouli, ac de locali agemus.

Cap. 6.

De varietate gubernationis a personis exercendæ.

Vt plena sit, et perfecta nræ Religionis gubernatio, prima veluti diuisione in tria genera eam diuidendam esse censemus; Quorum primum erit gubernationis Genlis, secundum gubernationis Prouli, tertium gubernat.^is localis: omnino enim varijs in locijs varia domicilia erigere, volumus, intendit religio; et ideo necesse est, ut potestas quædam Genlis ad omnes vbiq regendos, et gubernandos destinetur, quæ fons, et origo sit aliarum gubernationum, siue Prouintialium, siue localium.

Sed quoniam adaucto Religiosorum numero, facilius adhuc in prouintias distributus vniuersus religionis ordo dirigi potest, ideo operæ pretium est, vt et prouinciæ constituantur, et in earum qualibet Prou.lis gubernatio colloçet. Et pari ratione cum hæ duæ potestat.es vniuersali quadam regimine debeant religioni intendere, necesse erit, vt proxima quædam, et immediata potestas in singulis domibus deputetur, quæ ex propio nomine localis gubernatio dicatur. Proinde vero sub quolibet gubernationis genere, varios quoq gradus locandos esse decernimus.

Et sub Genli primum gradum Genli caplo damus, q statis temporibus cogendum primaria quadam auctoritate vniuersæ religioni intendet. Secundũ Præposito Genli designamus, qui extra tps huius capli vniuersalis, etiam regiminis onus assumet.

Tertium Assistentibus deputamus, qui ipsum Generalem mente, et consilio promouebunt.

Quartum Consultat.^i deputamus, quæ ab ipso Generali cum ipsis Assistentibus habenda erit.

Quintum Secretario tribuimus, qui ipsiusmet Generalis in regiminis directione diligens operarius erit.

6.m

Sextum denique procuratori Generali assignamus, qui sane ad totius ordinis negotia, Romæ peragenda, factus, et opere Generalem adiuuabit.

Iam vero sub gubernat.e Prouintialis hij gradus constituuntur. Primus in quo Proulæ capitum locabitur, ut prouintiæ moderationi intendat. In secũdo Præpositus Prouli, qui extra tp̃s huius Capituli commune prouintiæ regimen suscipere debebit.

In tertio eiusdem Prouintialis Assistentes, veluti eius adiutores mente et consilio.

In quarto consultat.o ab ipso Prouli cum Assistentibus peragenda.

In quinto prouintiæ secretarius.

In sexto prouintiæ visitatores.

In 7.o hi procuratores, qui ad Generale capitulum nomine prouintiæ conuenire debebunt.

V Denique gubernatio localis per suos etiam gradus distinguetur; et in p.o quidem locale capitulum ad aliquarum rerum directionem cogendum statuetur.

In 2.o Præpositus localis, qui sua authoritate subditos eius loci immediate reget.

In 3.o Vicarius, qui iuxta sibi traditam a Præposito facultatem regiminis executioni incumbet.

In 4.o præstes localis, qui in absentia præpositi, et vicarij gubernationis oneri succedet.

In 5.o domus consultores, qui Præposito assistant, eumque consilio adiuuent.

In 6.o consultatio, quæ ab eodem Præposito cum ipsis consultoribus peragetur.

In 7.o gubernationis localis secretarius.

In 8.o Procurator electus, qui Prouintiale Caplum nomine domus adibit.

In nono tandem (ubi nouitiatus coniunctus erit) nouitiorum magister.

Cap. 7.

De personarum promot.e ad gubernat.em in vniuersum.

Designata iam gubernat.is varietate sequitur, ut personarum ad eam promotionẽ dis=

disponamus, nec enim gubernandi iura in designati gradibus indiscriminatim omnibus competent, sed omnino delectus habendus. et quis, quo vel modo deueat, ad ea assumi, serio prouidendum.

Et ea propter caute procedentes personarum qualitates in ipsa promotione requisitas, impedimenta quę possunt, eidem obstare, et promotionis modū ponemus.

Cap. 8.

De qualitatibus, quę in personis requirunt, vt ad gubernationem promoueant, vbi de iure suffragij.

Communis, et precipua qualitas in omnibus, et singulis ad quemlibet gubernationis gradum promouendis, omnino necessario requisita, ius erit suffragij, seu (vt communiter vocant) vox in Capitulo, quę totius regiminis velut forma existit.

Duplex autem erit consultiua, et decesiua, consultiuam illam statuimus, qua quis ad solummodo consulendum admittitur, sic tamen vt vim hac voce non habeat, aliquid decernendi, et ea propter liberum superiori semper erit, eius audito consilio agere quod voluerit, nisi forte in casu aliquo expresso, in quo vocales consultiui subierint, uices decisiui.

Quę proinde decisiua vox erit illa, qua quis non solum consulere, sed etiam rem decidere, ac definire, suffragiumque ferre valebit, adeo vt quod ex mayori saltem parte huiusmodi ius habentium conclusum fuerit, executioni mandari debeat, nec superiori libera relinquetur, contrarium faciendi potestas, nisi in casibus, in quibus ea vota adhibere non teneret; sed et proinde volumus, vt non solum ex vi huius decesiuę vocis, quis rem decidere, et definire valeat, sed etiam ad quosuis gradus eligi posit; omnino enim in decisiua voce intime inclusum, et permixtum erit, non solum actiuum, sed et pariter ius passiuum.

Iam vero statuimus, vt ad voces istas nullo modo prorsus, qui sacerdos non fuerit admittat; omnino enim ij solummodo Capitulares erunt, qui sacerdotio funguntur.

Sed-

sed neq insuper singuli sacerdotes promiscue huiusmodi suffragij iura habebunt, necessarium namq erit, ut vel electione admittantur, vel successione suo tempore ea consequantur, ut mox infra disponemus.

Ergo ad n.ra iura suffragij duplici via patebit, aditus primo via successionis, secundo via electionis. Quoad successionem attinet, sic ea procedat, ut statim ac unum, quis sacerdos fuerit, et octo post professionem annos expleverit, facultatem suffragij consultivi ipso iure habere intelligatur, nisi forte crimen apostasis commiserit, vel schisma aliquod contra pacem Religionis tentaverit, vel quidpiam contra quatuor nostra vota essentialia, aut cum scandalo publico patrarit, aut illud perpetrasse per sententiam constiterit, vel denique professus ad aliam Religionem se contulerit, et deinde ad nostram redierit; hęc enim omnia, et singula impedimenta erunt, ne quis vocem consultivam successione consequatur. Perinde ad vocem decisivam, sic dabitur successio, ut simul, ac sacerdos quis decimum sextum a die professionis ęiusq annum expleverit, eam statim ipso iure consequatur; dummodo has conditiones habeat; quarum prima sit, ut Theologię, sive canonum, aut per biennium casuum conscientię studia sub preceptore absolverit, 2.a ut secularium confessor, aut publicus concionator, vel etiam lector existat. 3.a ut aliquo ex predictis impedimentis, quę successioni ad consultivum ius obstacula prębent, detentus non sit, alioquin, si omnes, vel saltem una ex his conditionibus desit, inhabilis omnino erit, ut ius istud decisivi suffragij successione consequatur. C. G. 9. D. 12. f. 23.

Veruntamen sexdecim, l, octo annorum spatium, neq etiam Capitulo Generali pro quovis sacerdote sine iusta causa prorogare licebit.

Cęterum ut omnes, vel minima detur ambitionis suspitio deuitetur, statuimus, ut qui ad huiusmodi iura per successionem admitti debent, non ex se ipsis illa competere asseuerent, sed expectent, ut a sup.e vocati capitulares esse denuntientur, volumus tamen ut in omni congregatione, quę de bono regimine in menses singulos habebitur, discutiatur diligenter, quisnam sacerdos eius

domus,

et quartum nam suum tempus expleat, ut ad hęc iura succedat; caueatque Superior, ne aliquo modo requisitis conditionibus existentibus pręstituta, quę eius tempora prorrogare attentet; sed per duos circiter menses antequam expleta fuerint, Locale Capitulum conuocet, simulque videant, an requisitas habeat qualitates, qui succedere debet, et an forte in eo impedimenta obstent, ac de omnibus Prouincialem admoneant; qui certior factus existentibus qualitatibus, et impedimentis non obstantibus, vltra mensem nullatenus successionem poterit prorrogare; quod si vltra mensem prorrogandi aliqua iusta causa adsit, Assistentium vota adhibeat.

Iam vero ad viam electionis transeamus, per quam licebit, Capitulo Generali etiam ante octo a professione annos, quando, scilicet, insignia sacerdotis merita, scilicet, congregationis necesitas alia ve grauis causa id postulauit, vtriusque vocis suffragium alicui conferre, sed quomodo in huiusmodi electione procedet, infra suo loco dicemus; hanc tamen eligendi facultatem, excepto Capitulo Generali, nemo alius habeat; nisi dumtaxat cum alicuius prouintię capitulares decisiui, scilicet, morte, scilicet, alia causa defuerint. tunc etiam poterit Prouinciale Capitulum ante peractum decimum sextum professionis annum ad ius decisiuum sacerdotem eligere: oportebit nihilominus vt ij, quos ad ius decesiuum fuerit visum assumere, consultiui suffragij iam ante ius habuerint, atque electionem huiusmodi factam a Capitulo Prouinciali, Prepositus Generalis, suisque Assistentes confirmauerint; sed vero antequam electio confirmata fuerit, nullo modo publicetur, neue cuiquam patefiat, nisi soli Generali, suisque Assistentibus.

Proinde in Capitularibus eligendis expectentur probitas, prudentia, erudirio, et in rebus gerendis dexteritas, excludantur autem, qui nondum sunt sacerdotes, et confesarij secularium, aut publici concionatores, scilicet, lectores.

Sed et sacerdos, qui electus fuerit ad ius decisiuum, siue a Capitulo Generali siue a Prouinciali ante transactum decimum sextum annum admissus, suffragium cum ceteris vocalibus ferre, atque sententiam suam prius dicere non valebit, ante quam ei facultas a Patre Generali in scriptis fiat; quę vltra quartum adi-

mi-

admissione Capituli mensem absq. voto, et consensu Assistentium non poterit a ipso Generali differri.

Vltimo vero de cuiuslibet vocis consecutione, siue per successionem, siue per electionem volumus, vt qui fuerit ad eam admissus, antequam primo suffragium ferre incipiat, iure iurando se obstringere teneat, nihil se deijs, quę in Caplo acta, dictaque fuerint, nulla vnquam ratione detecturum in hanc formam: Ego N. N promitto, et iure iurando affirmo, me nunquam sententiā, suffragium, aut rem aliquam in Caplo locali, siue Prouli, siue Genli tractadam, et a me quouis modo illic audiendam verbo, aut signo alicui personę extra Caplum prolaturum, quod cuiquam preiudicium facere, l. dissentionem inter nros Religiosos, l. alios quoscumq. parere posit; et preterea omne id quod supr. secreto tenendum iniunxerit, similiter, me celaturum promitto, et iuro: quod si formulam hanc meę promissionis, et iuramti. violauero, tum periurij reum, tum et peccati mortalis pęnę obnoxium me fore decerno, et volo. Ita me Deus adiuuet, et hęc sancta Euangelia.

Formula, et iuramenti ad suffragium decessitum.

Proinde in libro peculiari scribere oportebit, quis, quo mense, quo die ad quodlibet ius, siue per successionem, siue per electionem fuerit admissus.

Sed denique quod attinet, ad iuris suffragij durationem, volumus, vt semel habitum, semper perduret, nec vlla vnquam ratione cesabit, nisi per ipsiusmet iuris renuntiationem, quę solummodo a Generali Caplo poterit acceptari, et nullomodo ab alijs; desinere etiam potest per priuationem, seu depositionem: sed priuandi facultas extra tps Capli Prouli, penes Proulem eiusq. Assistentes erit; causę autem priuationis, et modus priuandi eędem sint, quę pro depositione a gubernatiuis gradibus infra disponemus; et similiter sufficiens causa erit, si quid sub pęna priuationis vocis, vel prohibitum agatur, vel preceptum transgrediatur. Declaramus autem, quod qui priuationem vocis actiuę, et passiuę incurrit, omnimodo etiam consultiua, et decisiua priuatus existat: quandoquidem vtraq. hęc sub actiua includitur, eamq. simul diuidit, velut partes eius.

Sed

Sed iam prescriptis omnibus, que ad vim suffragij spectare videntur; decernimus tandem, vt quę ad quemlibet gubernationis gradum ex iam dispositis cap.o precedenti est destinandus, omnino, et necess.o ius istud habeat, et capitularis existat, alioqui incapax prorsus erit, vt ad eos gradus, vel ad eorum aliquē assumatur; excipimus tamen Caplum illud locale, in quo eliget is, qui ad Pro.le Caplum nomine domus mittendus erit; illud enim ingredientur, et ius suffragij, sed actiuum duntaxat habebunt sacerdotes omnes, etiamsi capitulares nō sint.

Proinde neq. sufficit qualiscumq. vox, vt singulis gubernat.is gradibus quis locetur; volumus enim vt excepto caplo locali, quod ingrediuntur alij, qui consultiuam tantum habent; excepto etiam secretario locali, et (vbi coniunctus nouitiatus erit) nouitiorum magistro ij, qui ex eorundem consultiuorum numero eligi poterunt, omnes alij, qui in quouis gradu ex prescriptis constituuntur, decesiuum suffragium necess.o habeant; nec vllo modo, si eo careant ad eos gradus assumantur, id quod indispensabile prorsus erit.

Atq. alterius de propia, et communi qualitate quam in personis assumendis exposcimus; modo alię peculiares subiungendę essent, quę pro assumptione ad singulos gradus in specie requiruntur; verum id infra prestabitur, cum de ipsis singulis gradibus agemus, et sufficiat hoc loco dixisse, vt cum promouendus quis erit, diligenter in eo illę qualitates pensent, atq. in electionibus coram electoribus a secretario legantur, ut (quoad eius fieri poterit) idonei semper, et apti gubernatione destinentur.

Cap. 9.

De impedimentis, quę personarum promotioni ad gubernationem obstabunt.

Plura sunt quę ad nrę Religionis gubernacula promotionem impediunt.

Primo defectus communis qualitatis, quę in iure suffragij consistit, eo modo quo precedenti capite est prescripta.

2.o

2o. carentia peculiarium qualitatum, quę in singulis assumendis necessa=rię erunt, quamuis hę discretionis iuditio sint librandę.

3o. quilibet gubernationis gradus impedimento etiam erit, ne eodem tempore ad alium quis possit assumi; in vna enim, et eadem persona offitiorum multiplicatio prorsus vitanda, quando quidem ea simul permixta suo sibi onere obstant, totumque confundunt, et ideo hos obices auferentes decerni=nimus, vt nemo prorsus, qui in aliquo gubernationis Generalis gradu sit locatus, ad alium gubernationis Prouincialis, seu localis eodem tempore deputetur; et e contra qui in locali suum munus exercet, nullo modo ad Prouintialia, seu Gene=ralia officia eodem tempore subeunda assumantur; sed omnino indistinc=tis gubernationum generibus distinctę personę collocentur; sed et insuper in vno gubernationis ~~tempore~~ genere ad duo officia eodem tempore obeunda eandem personam nequaquam destinare licebit; ac proinde qui Assistens est, et Procurator Generalis, vel Secretarius Generalis esse nequit, et e contra; idem quod sit dictum de offitialibus gubernationis Prouintialis, et localis, et solum excipimus in gubernatione locali officia vicarij, et consultoris, quę poterunt simul in eadem persona subsidere, et similiter secretarij munus, qui consul-tor erit, exercere valebit.

Iam vero quarto loco obstabit, si quis per se, vel per alium ambitiose cura-uerit ad aliquem gradum assumi; volumus enim vt in pęnam suę prauę ambitionis ambitione ipsa mulctetur, et per quę peccauit, per ea et puniatur, ac proinde nullo modo gubernationi poterit deputari, sed potius relinquen-dus, vt deiectione humilitatis virtutem exercere edisçat.

5o. impedimento erit crimen hęresis, seu apostasię aut scismę contra pacem Religionis, aut denique aliud contra quoduis ex quatuor nostris votis substã-tialibus, seu cum scandalo publico perpetratum, seu etiam per sententiam de=claratum; hęc enim omnia, et singula, si contra quempiam legitime cons=tant, obstacula esse volumus, ne is in aliquo gubernationis gradu collocetur.

6o.

Sexto qui semel ab aliquo ex his gradibus fuerit ob crimen depositus, talis depositio, impedimentum etiam erit, ne is iterum ad quodlibet regiminis onus assumatur, usque dum a Generali capitulo habilis denuo reddatur.

Septimo demum diuturna quædam corporis ægritudo, qua debilis quis ad gubernationis offitia sic redditur impar, ut eis satisfacere, vel nullo modo, vel saltem dificile posit, obstaculum erit, ne ad ea exercenda deputetur.

Cap. 10.

De varijs modijs personas, ad gubernationem promouendis, qui sunt electio, deputatio, et successio.

Triplici modo ad nostræ gubernationis gradus personæ admittentur, primo electione per suffragia plurium; secundo deputatione ad libitum unius; tertio deniq. successione ipso facto.

Non tamen omnes uno ex ijs modis ad libitum poterunt promoueri, sed necesario alij per electionem, alij per deputationem, et alij per succesionem, prout mox infra disponemus.

Eligendi. Et a primo modo incipientes, qui est electio, statuimus, quo ad personas eligendas, ut hæ per eam assumantur; videlicet in gubernatione Generali officiales omnes Capituli Generalis; item Præpositus Generalis, eius Assistentes, Secretarius, et Procurator Generalis. In gubernatione Provinciali officiales omnes Capituli Provincialis, Assistentes, secretarius, Procuratores, ac Visitatores Provinciæ ad Generale Capitulum destinandi, In gubernatione Locali Præpositus, consultores, secretarius, Procurator illius domus, qui eius nomine Provinciale Capitulum adibit, ac deniq. in coniunctis nouitiatibus nouitiorum magister.

Iam vero passiuum suffragium, ut quis electione posit assumi, ij tantum habeant, qui decissiui Capitulares erunt, excepto locali secretario, et in coniunctis nouitiatibus nouitiorum magistro; ij enim ut capite octauo decreuimus con=

Consultorii poterunt esse.

Quod autem spectat ad electores, illud primo mandamus, ut nemo qui Electores.
Capitularis decisiuæ vocis non existit, actiuum suffragium in electionibus habeat; excipimus electionem procuratoris ad Capitulum Prouintiale mittendi, in qua etiam sacerdotes non Capitulares suffragium dabunt.

Proinde nemini, qui absens sit, siue scripto, siue per procuratorem, aut quouis alio modo actiuum suffragium in alicuius electione ferre licebit, sed omnino electores præsentes volumus. Illud tamen cauendum, ne qui electores ad alicuius electionem designant, aliquo eorum non præsente electio fiat, quod si quis deerit, volumus, ut alter in eius locum subrogetur; quamquam non semper hæc subrogatio necessaria erit, et ideo in vniuersum statuimus, ut si in capitulo siue Generali, siue Prouinciali, siue locali electio peragatur, vno, vel pluribus ex deputatis capitularibus deficientibus, nequaquam subrogatio fiat, et electio illa valida, et firma erit; dummodo capitulum fuerit præcedenti intimatione, loco, et tempore designato coactum. In definitorio tamen, siue Capli Gen^lis, siue Prouintialis, omnino quouis electore deficiente, alterius subrogat^e illius locus suppleatur, ab ipsismet capituli patribus; in electionibus item ab ipso Generali cum Assistentibus peragendis, si quis Assistens deerit, ipso facto subrogatus intelligatur, Procurator Generalis, et in alterius etiam Assistentis locum secretarius Generalis. similiter in electionibus, quæ a prouintiali, cum Assistentibus fient; in locum Assistentis, qui deerit subrogetur ipso iure prouintiæ secretarius; et si quis et alius deerit, Primus consultor domus residentiæ Prouintialis, Denique si quam forte electionem a Præposito cum suis consultoribus fieri continget, deficientis consultoris locum, capitularis autem decisiuus antiquitate primus ei domui assignatus subintret. Cæterum si quæ electio sine huiusmodi subrogatione, siue in definitorio, siue in consultatione qualibet peragetur, ipsa electio inualida sit, et nulla; verum ne aliquis ex designatis electoribus possit deesse, antequam ad actum electionis deueniatur, præcedat inti=

Const. p. 4. c. 26. 9.
C. G. d. 16.
f. 25. et d. 6. & Hisp. Decr.
et d. 43 c. 10

intimatio, et locus, ac tempus designentur.

Numerus suffragiorum.

Sed yan numerus suffragiorum in qualibet electione neccessarius, ut quis legitime eligatur, semper debet esse maior comparatione omnium, qui suffragia ferunt, ita ut si electores sint decem, sex suffragia necessario concurrere debeant, nec ullo minori numero legitime constabit electio.

Qualitas suffragiorum.

Porro quod attinet ad qualitatem suffragiorum, ea quidem semper in qualibet electione secreta sint, numquam vero publica; decernentes, ut quę electio per publica fiat, irrita ipso facto reddatur. Sed et volumus, ut electores, neque secreto inter se, quę suffragia dabunt, ostendant.

Ordo et modus electionis.

Ad hęc circa ordinem in electione, ac rationem procedendi, sancimus, ut ante omnia electio electoribus intimetur, eiusque tempus pręsignetur, ac locus etiam deputetur, in quo aliqua mensa, et supra eam crucifixi imago, et simul etiam urnę statuantur; tum electoribus congregatis, legantur a Secretario publice coram omnibus eę qualitates, quas exposcimus, in eo qui eligendus erit; ac etiam impedimenta quę obstabunt, pręcedenti capite definita. mox tres sacerdotes, qui in electione passiuam vocem non habeant, vel, etiam tres clerici bene instructi ab electoribus deputentur, qui scrutatorum munere fungentes, suffragia recipiant, et numerent, electionem, vel, factam vel, non factam denuntient: volumus enim, ut nullo modo secreta suffragia ab ijsmet electoribus videri, numerari, aut legi aliqua ratione possint, sed tantum a scrutatoribus ipsis.

Cęterum hoc scrutatoris offitium uagum erit, non determinatum, ita, ut quoties facienda est electio, toties ab electoribus scrutatores deputentur, qui proinde ad electionis locum vocati, iure iurandum se obstringant, successiue unus post alium in hęc verba:

Iuramentum scrutatoribus.

Ego N.N. testem inuoco Deum, quod suffragiorum numerum fideliter enuntiabo, cuius agnoscam manum alteri non patefaciam, et sine dolo hoc mihi iniunctum scrutatoris munus obibo, Ita me Deus adiuuet, et hęc sancta Euangelia; sed et insuper peracto iuramento, maxima ipsis proponatur pęna, si

quid

quid seruandum alijs quoque modo indicare nonnecentur.

12 Et post hec omnia, electionis actus consequetur, hac ratione, ut non plures simul eodem scrutinio eligantur, sed sigilatim unus post alium, etsi eiusdem gradus persone, ut puta definitores, Assistentes, et id genus alij eligi debeat; proinde in silentio elector quisque manu propia in schedula secreto scribat, nomen, et cognomen eius, qualem electum velit, et sui met qui eligit in hunc modum:

Ego N.N. eligo in Prepositum Generalem, vel Prouintialem N.N. postea schedulam complicet, tunc antiquitatis ordinateque seruato ad urnam accedentes, singuli, ante imaginem crucifixi complicatam schedulam duobus quibus digitis attollens in eam urnam inijciant, et ad suum se locum recipiat; mox datis suffragijs scrutatores urnam accipientes, ipsi soli in loco remoto, in quo suffragia ab electoribus, neque videri, neque submissa voce lecta audiri possint, eam aperiant, schedulas effundant, numerent, explicent, submissa voce legant; si mayor pars in cuiusque electiones conuenerit, iubente eo qui preest, quis sit, pronuntiet; sin autem schedulas statim ibidem comburant, et ad secundum scrutinium eodem modo electores procedant, et similiter ad tertium, donec mayor pars suffragiorum in aliquem consenserit, semper autem schedule in eodem loco igni tradantur. Si vero nec tertia vice agitata suffragia electionem perficiant; inspiciet scrutatores, quis nam declarent ex patribus hac tertia vice plura quam ceteri suffragia habuerit; quod si multi sint, qui suffragia totidem, l, fere totidem habuerunt, videlicet, si in duos, l, tres patres septena suffragia concurrerint, l, si unum octo, in duos vero alios septena suffragia fuerint collocata; hi soli eligibiles erunt, ceterorum autem nemo, etsi quis ex ceteris ad eum numerum proxime, sed tertio accesserit, ut potest si duo sint quorum alter habeat, octo suffragia, alter septem, ij + eligi poterunt; alius enim, si quis adsit, qui sex suffragia habuerit, eligi nullo modo queat; omnino igitur hec ratio habetur, de ijs solis, qui duos numeros suffragiorum maximos ha=

C. G. 11. D. 8. §. 57.

C. G. 10. D. 22.

+ duo

habuerint, cæteri omnes, qui in alterum horum numerorum maximorum non ingrediuntur, eijciantur. Quodsi neq; horum paucorum, aliquis eligetur, prima vice, tunc creentur, secretis etiam suffragijs tres compromissarij [in quos ius omne eligendi cōferat, videlicet, vt is legitime electus habeat, quę duo cōpromissarij] electum velint, ex ijs, solis, qui maximum numerum suffragiorum [ut supra dictus] habuerint, [Illi tamen, qui maximus hūc numerū suffragioru, vt sup dictum e, habuerint,] vocem actiuuam, et passiuam in electione compromissariorum non habeant. Deniq; peracta electione schedulę omnes a scrutatoribus conburantur, ibidem, et statim a secretario decretum electionis conficiatur, in hanc formam. In legitime congregatione Die N. anni N. habita in domo N. legitime fuit electus in Prepositum Generalem, vel Prouintialem N. N.

Et hęc de primo modo personas ad gubernationem assumendas, qui est, per electionem, modo reliqui subiungentur, Inter quos secundus erit, per deputationem ad libitum vnius; qua quidem assumentur Viceprępositus in domo residentię Generalis, ad libitum ipsiusmet Generalis. Viceprepositus Prouintialis ad libitum Prouintialis, et vicarius domus ad libitum Supis localis. Proinde hęc deputatio sic procedat, ut in eo qui deputari debet, qualitates requisitę existant, eique impedimenta non obstent. Cęterum tam Generalis in Caplo Genli, quam Proulis in Caplo Prouli, Viceprępositum quisq; suum ne deputet, nisi post electiones in capitulo, et in definitorio factas.

Sed vlterius tertius modus successione constabit, per quam ij solummodo assumentur, scilicet primus Generalis Assistens, qui vbi Generalis aliqua ratione ab offitio desierit, in eius locum ipso iure succedet; Primus etiam Proulis Assistens, in locum Proulis cum hic siue per mortem, siue alio modo a suo munere desitiat. Primus etiam Capitularis decisiui suffragij in locum Pręppositi, et vicarij, cum eos ad paucos dies domo extra vrbem abesse continget.

Cap. 11.

De actuali gubernationis exercitio, a personis iam Promotis habendo.

Post=

Postquam personæ ad regimen sunt promotæ, necesse est, ut actuali eius exercitio enixe incumbant: debent enim singuli in quouis gradu constituti propria munera opere ipso complere, et utilitati communi, sic simul vnanimi conatu intendere, ut religionis molem æquis viribus portent. Proinde vero exposcit actuale exercitium istud regiminis, ut personarum auctoritati, quæ in eo prærequiritur, designemus, actus etiam in eo peragendos, ac varia media assumenda disponamus.

Cap. 12.

De personarum auctoritate, quæ ad gubernationis exercitium prærequiritur.

Totius regiminis, velut anima vim actionibus subministrans, auctoritas est gubernationum, cuius quidem vim præcipue in iurisdictione locamus, qua scilicet subditi sub commune obedientiæ iugo redigantur, et ad legum observationem promoueantur. Quæ proinde triplex erit Generalis, Prouintialis, et localis; Generalis in primis capitulo Generali, eiusque præsidi inerit; 2°. extra tempus Capituli, Præposito Generali, qui totius Religionis caput erit; ac etiam 3°. consultationi Generali, quam ipse Præpositus Generalis cum Assistentibus instituet, nullo modo eam habebunt Assistentes, secretarius, vel Procurator, qui potius subditi semper erunt; et in alios religiosos regiminis iura nullatenus exercere valebunt; Auctoritas vero Prouintialis eadem proportione penes Capitulum Prouinciale, eiusque Præsidem subsidebit. Secundo extra illud tempus penes Præpositum Prouintialem, qui caput erit prouintiæ. 3° penes consultationem, quæ ab eo cum Assistentibus peragetur; ipsis vero Assistentibus, sicut et secretario nullum auctoritatis ius in alios competet. Quod tamen 4°. loco visitatoribus visitationis tempore, in eos, quos visitabunt inerit.

Denique localis auctoritas primo quidem Præposito domus competet, qui eiusdem superior erit, 2°. consultationi, quam ipse cum consultoribus habebit, 3°. locali capitulo,

quod certis temporibus cogetur. 4º. Magistro nouitiorum in ipsos nouicios. 5º. demum ex commissione ipsi, etiam Vicario domus inesse potest, sed nullo modo alijs quibusque capitularibus, vel consultoribus, aut secretario, qui semper subditi permanebunt, et in alios nihil potestatis habebunt.

Iam vero triplicis auctoritati, sic praescriptae qualitas, et si in specie, pro quouis gradu praescribenda nobis sit, cum infra de singulis ipsis agemus; hic tantum erit in communi dixisse auctoritatem Generalem amplam esse in omnes vbique prouintias, et domos, ac Religiosos quoscumque totius nostrae Religionis, independentem, et a quauis alia eiusdem nrae Religionis potestate, praeterquam ab ipsis legibus nostris, plenam denique, et absolutam, quae mayor inter nos institui potest.

Prouintialis vero auctoritas, ordinata semper erit, et dependens ab ipsa Generali, nec in alios se extendet, quam in domos, et personas designatae ibi Prouintiae; localis denique infra limites vnius sibi commissae domus arctabitur, et a Prouintiali, et simul etiam a Generali dependebit.

Sed proinde ordo inter eas, sic disponatur, et mutuo se correspondeat, et bono Religionis, è consensione prospiciant, ut tamquam in pluribus luminibus vnus dominetur aspectus, et concordem seruum nemo credat diuisum.

Cap. 13.

De actibus, qui a personis in gubernat.u exertitio peragentur.

Regiminis constituta potestas ad suos actus redigere oportet, quibus tota gubernandi ratio perficitur, et completur; sed quod in particulari, singulae personae in singulis gradibus praestare debebunt, infra tradenus, cum eorum munia sigillatim praescribemus; nunc tamen, quae ad eos in communi expectare possunt, disponentes, eorum in primis tres ordines designamus.

Et in primo quidem ordine constituimus eos, qui a pluribus simul ~~conuenientibus~~ vnitis

in

Caplo sive Generali, sive Provintiali, sive locali peragentur. in 2º. eos, qui extra tempus Capli[a] Generalis, vel Provintiali cum suis Assistentibus, et a sup.e locali cum consultoribus fient. in 3º. demum eos, quos singuli superiores sine aliorum voto fecerit.

De primo autem, et 2º. statuimus ordine, ut nullo modo eorum dispositio confundatur, et proinde qui actus ad capitula expectãt, ij, a quibuscumq. alijs ne fiant: similiter qui ad Generalem, vel Provintialem cum Assistentibus, et ad superiorem localem cum consultoribus, ij a singulis ipsis nequaquam peragantur; decernentes q.d si aliter tam primi, quam secundi ordinis fiant, irriti ipso facto, et nulli reddantur. Qui autem sint huiusmodi actus, qui ad hos plures attinent, suis quisq. locis sigillatim, iuxta rerum exigentiam sunt hucusque prescripti, et infra prout occasio postulabit, conscribentur.

Iam vero sive primi sint, sive secundi ordinis, vel ad electiones redigant, vel ad rerum decisiones, sed qualescumq. erunt, volumus, ut persone ad suffragium ferendum, vel sententiam dicendam destinatę singulę concurrant, nec aliquis abesse sine iuxta causa posit, alioquin, qui presens in domo, et vocatus interesse sine causa nolit, graviter puniat, arbitrio eorundem, cum quibus ipse in eo Capli, vel consultationis actu convenire debebat; declarantes ex nũc pro tunc, ut qui actus in alicuius absentia, ad eum conveniendi ius habentis fiet, ex quacumq. cãa hęc absentia proveniat, semper validus, firmus, et ratus habeatur. Cęterum in actu electionis eius absentia per alterius subrogationem supplenda neccesario erit, eo modo, quo iam supra Cap. 10. definitum tradidimus; quę tam subrogatio in actibus primi ordinis, qui scilicet ad Capltũ spectant, et in rerum decisione consistunt, neccessaria non erit, nisi forte in casibus, in quibus expresse decernetur[re]. at vero in omnibus casibus secundi ordinis, qui scilicet ad consultationes attinent, sive Generalem, sive Provlem, sive localem, sive sint actus in electione consistentes, sive in rerum decisione, semper unius absentia, ex quacumq. causa proveniat, per alterius subroga-

tionẽ

supplenda erit, eo modo quo infra suo loco disponemus, cum de consultationibus in specie agemus; omnino autem volumus, ut quaequis consultatio, sive Generalis sive Provincialis, sive localis ex quinque personis, quae ius suffragij ibi ferant, constet, alioquim legitime congregata non censeatur.

Iam vero quod spectat, ad rationem procedendi, tam in primi, quam in secundi ordinis actibus, in primis locus deputetur, in quo simul conveniant, praecedat intimatio, ut singulae, quae concurrere debent personae, adesse possint. Capitula autem per campanae et. pulsum convocentur; deinde vero in actibus electionis illa procedendi ratio observetur, quae iam cap. 10. est praescripta. In rerum autem decisionibus dabitur simul rei propositio, discussio, et conclusio; propositio a nemine, praeterquam ab eo, qui praeest, fieri possit; et si aliquid alicui proponendum occurrat, ad eum, ipse, qui praeest, illud deferat, nec ullo modo ex se ipso proponat. Caeterum propositio ipsa semper clara, et stricta esse debebit, ut extra eam vagari cum temporis iactura nemo possit. Rei porro discussio sic procedat, ut si grave sit, quod proponitur, antequam singulorum vota distribuantur, prius super eo hinc inde discurratur, deinde vero ipsa vota excipiantur, sed nihilominus quacumque ratione suffragia dentur, l, sententiae dicantur, ut vitetur confusio, ac verbositas, semel tantum singuli dicant, neque quidquam replicent, si tamen res aliqua magni sit momenti, qui praeest, iterum dicere petentibus concedat: sed non nisi postquam omnes sententiae dictae fuerint; breviter, ordinatae, et distinctae, ac moderate quisque in loquendo se gerat; vitetur pugnacitas, vocis elatio, circuitus verborum; nemo ita loquatur, ut alterius comptemptum, eius ratio prae se ferat, nemo alium loquentem interpellat, nemo qui posterior dicit, tempus inutiliter et cum tedio aliorum, in resumendis, quae prior alius dixerit, insumat; Denique nihil fiat, l, dicatur, quod modestiae non congruat, quod gravitati repugnet, quod charitati adversetur; nihil quod ostentationem, l, pompam innuat, nihil quod minores Clericos non deceat.

Denique ad rei conclusionem sufficiens, et necessarius suffragiorum numerus

mayor

major semper sit comparatione omnium, qui simul ibi congregati, ea dederunt, nec singularum conversus exigitur: in quibusdam tamen casibus necesse etiam erit, ut ad duas, vel ad tres partes res concludatur, de quibus speciatim id expresse mandatur. Porro cuiusque suffragium, etiam ipsius Generalis simplex ubique sit, si tamen per publica vota de re quapiam agatur, et sententiarum hinc inde par fuerit numerus, id ratum fuerit, ubi superioris votum aderit; quod si per secreta suffragia agatur, et ea, vel impar non fuerint, vel ad concludendum neque quem sufficientia, tunc tribus vicibus agitentur, et si in 3ª. vice nihil pro majori parte concludatur, compromissione res absolvenda erit. Ad haec insuper volumus, ut nihil proponi, vel discuti, aut etiam concludi possit sine secretario deputato, qui quidem in Capitulis omnibus, Locali, Provinciali, et Generali unus erit ex illis ipsis, qui ibi congregati ius ferendi suffragii habebunt: in consultatione vero, quae a Praeposito Generali, vel Provinciali cum Assistentibus instituetur, quidam alius erit, et ibi suffragium non habebit; praesens tamen omnino sit. In consultat.e autem a Praeposito cum consultoribus habenda, eatenus suffragium habebit, quatenus consultor etiam erit; quod si ex aliorum Capitularium numero sit, quamvis ei ius ibi suffragii non competat, praesens nihilominus aderit. Porro in quovis Capitulo, vel consultat.e quidquid proponitur, a secretario scribatur, suffragia, quae dabunt, distincte ab eo adnotentur, et proferatur in fine, vel rem esse conclusam, vel adhuc indecisam manere; cum vero conclusione fuerit res absoluta, ipsemet secret. statim eam scripto excipiat, et deinde coram ipsismet, qui suffragia dederunt, legat, eorumque singulorum subscriptione, et eiusdem etiam secretarii manu firmetur; si quis autem in eam conclusionem non consenserit, nihilominus sententiae, quae majori parti placuerit, subscribere teneatur. Capitulares tamen consultivi in actibus capituli Localis subscriptionem non adhibeant, nisi in casu, in quo vices decisivi subierint. Insuper actus, et decreta, quae in Capitulis, et consultationibus peragentur, a secret. exarata, instrumenti vim inter nos publici habere volumus, et hanc vim ipsis nostris secretariis atribuendam esse decernimus. Postremo pro qualibet gu-

bernat.e

liber actuum habeatur, in quo ea decreta conscribantur, quæ ijsdem Patribus, qui ea statuent, scribenda visa fuerint.

Sed vero ad plurimorum actuum firmitatem, necesse etiam erit, ut sigili impressio adiungatur, qua semper scripta, maxime apud omnes robore præmuniuntur, et idcirco ut in hac etiam parte prouidè disposuisse non videamus, volumus, ut quæuis gubernatio, siue Generalis, siue Prouintialis, siue et localis sigilla habeāt, sic tamen ut aliqua distinctione varientur; communicabunt quidem in præcipuo nræ Religionis insignia, quod erit resurgentis Xpi supra sepulchrum imago, et similiter in his litteris, quæ subtus scribentur C. R. M. Vorum in sigillorum magnitudine, ut in litteris circum ea conscribendis diuersitatem præferent, sigillum namque Gen.lis grandius erit cæteris, Prouintialis mediocre, Præpositi paruum, et insuper in sigillo Gen.lis circunscribentur hæc verba (Præpositus Gen.lis) in sigillo Pro.lis (Pro.lis Romanus) vel Pro.lis Neapolitanus, et sic de singulis; in sigillo denique Præpositi: Domus N. vel Collegium N.

Cap. 14.

De varijs medijs ad actuale gubernat.is exertitium assumendis.

Vt ad arduum hoc nostræ gubernat.is negotium diuina gratia perficiendum personæ iam assumptæ recto tramite dirigantur, operæ pretium est, ut hijs medijs, quæ modo præscribemus, adiubentur, inter quæ primum erit impedimentorum, quæ possunt obstare, remotio; et ideo caueant Sup.es, ne peragenda externorum negotia suscipiant, a quibus in regiminis cursu retardari, quomodo possint. Assistentes, et Procurator Gen.lis, Præpositi, et Vicarij domorum ad continuata quædam contionum curricula, vel ad lectoris offitium ne deputentur, nisi necessitatis ratio aliter suadeat, lectoris tñ munus nullo vnquam modo Præpositi, et Vicarij possint obire, nisi ibi grauissima vrgeat necesitas, et P.lis, eiusque Assistentium consensus accederet.

2.

2. Secundum medium est cognitio status Religionis, quæ sane velut oculus erit eorum, qui in gubernationis arte speculatores collocantur, ad quam profecto maximum confert, litterarum ultro, citroq missarum comunicatio, intermediatos, et immediatos sup.es quare singuli domorum præpositi ad suum Provintialem de sibi commissa familia referant, singulis semestribus, Provintiales, ad Generalem de tota Provintia; sed maxime etiam ad hanc ipsam cognitionem prodeunt, visitationes suo tempore peragendæ.

3. Et non minus, etiam scripturarum archivia, quæ humanorum actuum fidele testimonium, inimica vetustas et oblivionis custodiunt, ac de actuali regimini lucem afferunt non parvam; et ideo in unaquaq domo + stabit, scripturarum archivum, clavibus obseratum, quas duo Patres, videlicet, secret.us et alius capitularis a Præposito deputandus, singuli singulas habeant; horumq munus erit, scripturarum omnium indicem conficere, et quid ab eo archivo accipiat, quid ve in illud inferatur, diligenter adnotare, eodemmodo pro gubernatione Provinciali, commune aliud totius Provintiæ archivum in domo residentiæ Provintialis statuet; et deniq aliud Generale, apud Præpositum Generalem, pro universali regimine; et tam archivi Provincialis, provintiæ secret.s, quam archivi Generalis eiusdem Generalis Secret.us curam gerant; sic tamen, ut unus etiam, ex Assistentibus aliam clavem habeat, verum cuiuscumq archivi clavis nemini detur, sed ipsimet, qui ea ex munere habuerit, semper presentes sint, cum inde aliquid depromendum, aut ibi videndum erit.

+ commune

4. Quartum medium, sit diligens studium constitutionum, et aliarum legum nrarum, ac etiam privilegiorum a singulis superioribus, Generali, Provinciali, locali, et ab eorum Assistentibus, et consultoribus peragendum, presertim in principio administrationis eorum, et sic in promptu habeant, quæ servanda, et executioni mandanda erunt; et ideo nemo sit, et ex ipsis=qui semel saltem in ebdomada aliquod temporis spatium in hoc studio non insumat, idipsum faciant omnes capitulares alij; sed vero ulterius superiores-

omnes, Genlis, Provlis, et localis, suum quilibet peculiarem habeat electum, tum eorum quae ex se facere possunt, tum in quibus aliorum vota adhibere tenentur; sic enim facile gubernat.is ordo servabitur, et omnia in suis quasi regionibus collocata statim occurrant

5. Quinto loco maxime confert, si Sup.es omnes, sive Provles, sive locales, sive et Genlis suum quilibet confessarium eligat, qui et se confitentem audiat, et errantem pro data sibi auctorit.e moneat, ac proinde tum suarum actionum consilium, tum offitij monitorem habeat, eumq. ut subditorum voluntates fidum interpretem libenter auscultet; illum tamen sibi quisq. eligat, qui actionibus suis aliorum errata condemnet, et charitatem innocentiae conversat.e demostret, hunc quoque subditi adire poterunt, si quod quidpiam sup.i significare velint, nec tamen audeant.

6. Sextum medium in modo gubernandi consistit, qui tali instituatur, ut suavitate, et eficatia praestet, eficatia quidem ne debilis, et remissa gubernatio ad laxitatem declinet; suavitate vero ne indiscreta duritia aspera, et gravis reddatur; sed eficatia ulterius illud exposcit, ut sup.es, et qui alij iuriditionem habeant, non sinant, ut subditi libera quadam potestate, ea faciant, quae volunt, quae nolunt, omittant.

7. Suavitas autem, ut in rebus concedendis, vel negandis, in erratis puniendis, in oneribus iniungendis spiritum lenitatis semper praeferant, observantes praecipue, quod D. Aug.s his verbis admonet; ipse qui praeest, non se existimet potestate dominante, sed charit.e serviente felicem, honore coram subditis Praelatus: timore coram Deo, eorum pedibus substratus; hinc vero sic sequuntur, ut authoritatem prudentia coniungentes, et hominibus se praeesse cogitantes humanitatem potius exerceant monendo, quam iubendo, severitatem caveant. nihilominus ne quadam indulgentia subditos ad laxit.em ruere sinant, et idcirco cum opus erit, severit.em adhibeant, sine qua administrari congregatio nulla potest, sic tamen ut et personas diligant, et vitia persequantur.

8.

Q. Et hęc plane severitatis septimum medium erit, quo gubernatº diriget, ut qui virtutis amore tarde ducuntur, timore saltem pęnę a regularis disciplinę violatione temperant; et ea propter operę pretium duximus, hoc loco canonem penitentialem statuere, ac pęnas quasdam decernere, quę in transgressorum regularum, et laudabilium observationum violatores possunt infligi, sed non nisi ab hijs qui iuriditionem habent, et ordinarie quidem has pęnas, et harum similes superior adhibebit.

1º. Deosculari cuiuscumque fratris pedes

2º. genibus flexis in refectorio consistere.

3º. vel extensis, et in formam crucis brachijs, quousque superior surgendi signum fecerit

4. Super mensam humi stratam flexis genibus in refectorio comedere, vel ad ianuam domus mendicum habere commensalem = fratres singulos e Refectorio exeuntes, ut pro se orent genuflexum orare = se nolui in Ecclesia flagellis, l. funiculis – discere, solo pane, et aqua ieiunium soluere: Cilicium super nudum corpus induere. lances in coquina detergere. in cubiculum aliquod per aliquot dies iussu supᵉˢ. detrudi, et id genus alia.

Caveant autem supᵉˢ. ne sordidum quid, qd nauseam provocet, quodque clericos dedeceat, iniungat. Cęterum detrusionis pęnam in cubiculum, ad plures quam octo dies Pater Genlis, et ad plures quam ad sex Provlis infligere non possint, sine Assistentium voto; similiter Prępositus ad plures, quam ad tres, neque id poterit, sine consultorum assensu. C. 9. 7. Q. 8. f. 3.

Si autem (quod Deus avertat) graviori pęna plectendus, ob aliquod patratum crimen quispiam nostrum videatur, Pater Generalis, vel Provlis certior, quam primum fiat, interim nihil pęnę irroget supᵒʳ. antequam responsum accipiat; his autem certis pęnis, certę quosdam culpę reos statuimus puniendos, videlicet. Primo, qui a regulari correctᵉ appellare ausus fuerit, eo ipso incurrat in privationé vocis activę, et passivę, qd si suffragij ius nullum habeat, motus loco suo postremo

omnium professorum collocetur; regularis autem correctionis vocabulo, has omnes supra dictas huius canonis pœnitentialis nº. octauo descriptas, et huius modi quarerai pœnas comprehensas esse intelligimus.

Secundo, qui ad sacros ordines, ad concionem habendas, ad confessiones ~~haben~~ audiendas, ad ius suffragij ferendi, ut promoueretur aliqua ratione ambijsse repertus fuerit, nullomodo deinceps ad has ipsas dignitates, et officia promoueatur, quousque Patri Genli, vel Prouintiali visum fuerit.

Tertio si probetur quempiam, siue per se, siue per interpositas personas, Generalis Præpositi dignitatem ambijsse, de Capitulo statim, ne cum alijs intersit, moueatur, et per decennium actiuo, et passiuo suffragio careat; neque ullo pacto pœna eius remitti posit.

Quarto qui e domibus aufugerit, aut quocumque pacto, nulla superioris impetrata licentia recesserit, vel temere habitum dimiserit, Apostasiæ criminis reus declaretur, nec

C.G. 10. D.30. f.47. non cum eo ad hanc præscriptam formam agatur; quoniam iure cauetur, Prælatos solicitos esse oportere fugitiuos, et Apostasiæ vitio notatos ad regularem disciplinam salubriter reuocare, et inobedientes, per sententiam excommunicationis punire, idcirco Nos. Fr. N. qui nostræ congregationis canonice assumptus, in magnum Regularis, et ecclesiasticæ disciplinæ, et honestatis dedecus euagatus es, monemus, ut ad congregationem tuam, Clericorum M. reuertaris (aut ad aliam Religionem tuæ saluti idoneam, necnon tibi concessam) secundum nostræ congregationis instituta, ingrediaris; tibi trium dierum spatio præfixo, in quo nostram admonitionem fideliter, et efficaciter exequaris, quam temporis dilationem tibi pro prima, 2a. et 3a. peremptoria assignamus; quod si non feceris ex nunc pro ~~tunc~~ tunc, et ex tunc, pro ~~tunc~~ nunc in scriptis teipsum sententiæ excomunicationis subiacere decernimus.

Si resipuerit, et superioris præcepto obtemperare paratus sit, a superiore, primum in Capitulo patribus illius domus, a qua recesserat humi postratus veniã humiliter petat, ac salua ordinis disciplina, in eadem domo, seu in alia superioris arbitrio ad agendam pœnitentiam recipiatur.

Cu.to

Quinto, qui iam n̄rum ordinem professus ad aliam Religionem se contulerit, l, sub quouis prætextu migrauerit, ac deinde ad nos redierit, si clericus sit, loco suo, quem inter Patres habebat, et actiuo, atq̄ passiuo suffragio, si q̄d. prædebat, ipso facto priuatus existat; insuper per annum integrum, ac diutiꝰ (si Generali visum fuerit) inter Nouitios degat, et veluti Nouitius habeatur; si v.o sit laicus, loco suo moueatur, et postremus omnium collocetur, et similiter per annum integrum domo ne exeat, et eodem ipso tempore decurtatam vestem gerat, altitudine a terra palmi vnius cum dimidio, has pęnas neq̄ remittere huiusmodi Religioso, neq̄ minuere Pater Gen.lis poterit; id n. ad solum Generalē Cap.lum pertinebit; quamuis pęna inter nouitios degendi a Prouintiali de Assistentium voto poterit in aliam commutari.

Cap. 15.

De gubernationis duratione, ac desitione.

1.o Quod p.o attinet ad durationem tria illa gubernationis genera, quę supra scripsimus, gubernat.io scilicet Generalis, Prou.lis, et localis, et earum quęlibet, numquam in n̄ra Religione cessabunt; sed diuturnę semper, ac stabiles permanebūt, ut non liceat aliquod vacationis tempus designare, in quo, vel Religio in vniuersum a Generali gubernatione, l, a Prou.li prouintia, vel a locali, quilibet locus non regatur.

2.o Secundo singuli gradus in quolibet gubernationis genere, semper et diuturni erunt, et omni tempore perdurabunt, nec ullo modo, vel pręt extu poterit eorum aliquis vacare; ideoq̄ in gubernat.e Gen.li, semper erunt, qui Generalis, qui Assistentium, qui Procuratoris Generalis, qui secretarij munus exerceant: et similiter in gubernatione Prouintiali, ac locali. Sed quando eorum quis per mortem, vel alias ob causas defecerit, quam primum subrogandus alius erit, prout de singulis suo loco dicemus.

3.o Cęterum personę ipsę, quę in singulis gradibus statuentur, diuturno in illis t.pe non

non durabunt; omnino n. volumus, ut nemo ad eos perpetuo durante vita deputetur; sed omnes ad determinatum t̃pis spatium assumentur.

4. Jam vero gubernationis desitio in ordine ad tria illa gubernationis genera, et ad quemlibet eorum gradum nullatenus dabitur, numquam n. ut dictum est cessabunt, sed dabitur solummodo in ordine ad p̃sonas, quæ quidem a gubernando desinẽt varijs modijs.

5. Quorum primus erit, per simplicem cessationem, cum scilicet tempus suum quisq; in suo munere transegerit; verum quamvis fuerit tale tempus elapsum, in suo nihilominus quisque gradu permaneat, quoadusq; vel in eo confirmet, (sed tamen confirmationem offitium illud admittat) vel alius denuo electus eius subeat munus; verum id de visitatoribus intelligi nequit, qui statim visitat.ᵉ peracta simplicitr cessabunt, etsi alij denuo non creentur; neq etiam intelligendum id erit de procuratoribus provintiæ, qui ad Genle caplum, et de Procuratoribus domorum, qui ad Provle caplum destinantur, qui omnes statim capitulis absolutis cessabunt, etsi alij denuo non constituant, et idem sit dictũ de alijs offitialibus eorundem Capitulorum.

6. Secundus desinendi modus esse potest per offitij renuntiationem, quæ tñ sine iusta causa, et legitima neq fieri, neq acceptari poterit, ubi vero legitima causa subsit (ab acceptandi potestatem habentibus aprobãda) huiusmodi vero potestatem supra scripsimus, ut quælibet offitiorum gubernat.ⁱˢ localis renuntiatio a Provli de voto suorum Assistentium valeat acceptari, non autem a locali caplo, de renuntiationi vero a Præposito factæ acceptatione, infra in specie agemus; sed tamen Procurator domus, qui electus a sacerdotibus ad Provintiale caplum nom.ᵉ domus destinatur, si postquam onus accepit, renuntiare velit, ea renuntiatio excipi a nemine possit.

Acceptat.ᵐ porro offitiorum gubernat.ⁱˢ Provintialis, ad Generalem eiusq; Assistentes devolvimus; excipimus tamen eam quæ a visitatoribus, et a Secretar.ᵒ provintiæ fieret, hæc n. ab ipso Provintiali, de Assistentium voto poterit acceptari; eam v.ᵒ

eam vero, quę a Procuratoribus prouintię ad Genle capitulum distinatis fieret, nullo modo acceptari posse decernimus.

Veris quod attinet ad renuntiationes officiorum gubernationis Genlis, statuimus, ut nullo modo, quocumq pretextu valeant acceptari, et eas omnino inualidas esse declaramus.

7. Tertius desinendi modus esse poterit, per translationem ex vno in alium gubernatⁱˢ gradum, ut scilicet desinat, quis ab vno, et in alio collocetur, Sed tamen volumus, ut hęc translatio, non semper fieri posit, omnino eni, qui in gradibus gubernationis Generalis reperiuntur, ad alios Prouintiales, vel Localis nullatenus transferri valebunt; neq etiam qui in Prouintialibus ad locales. Cęterum etsi localis Prępositus transferri posit, ad gradum Prępositi Prouintialis, l, Generalis, ad alios tamen, eo non acceptante nequaquam, quamuis sint gradus Assistentium, l, Procuratoris Genlis; idemq sit dictum de Prępositi Proulis translatione; alij tamen (pręter Prępositum) in gubernatⁿᵉ locali constituti, ad quoslibet Proulés, et Generalis gradus; et in gubernatⁿᵉ Prouli (pręter Proulem ipsum) ad eosdé gradus Generalis semper transferré promiscue poterunt; et similiter Prępositus localis in vna domo ad alterius prępositurum intra tempus ei designatum transferri quidem poterit, sed non nisi raro, et ob grauissimam causam, ac publicum Religionis bonum.

8. Quartus desinendi modus consistere potest in simplici amotionᵉ. et si crimé aliquod non exsitat, et per hanc non nisi Vicepręposites domus residentię generalis ab ipso Generali de Assistentium voto, et Vicepręposites Prouintialis eodem modo de Assistentium placito, ac etiam Secretᵘˢ Localis, et Vicarius domo de Localis capli consensu poterunt ad libitum etiam infra annū amoueri. C. G. 7. D. 5. f. 2. C. G. 20. D. 28. f. 46.

9. Vltimus modus in depositione, seu priuatione ob crimen aliquod perpatratum consistet; si n. qui alios corrigere debet peiora committens Mᵃᵗᵉʳⁱᵃ ~~omittens~~ erroris efficitur, ius omne postulat, ut a gubernationis gradu exturbatus, desinat alios morum prauitate corrumpere, Sed vᵒ. ne in tanti ponderis negotio aiusto tra-

mitte

declinemus, deponendi, seu priuandi facultas, in primis statuenda erit; quę sane quoad priuationem eorum, qui in gradibus gubernationis localis constituuntur, penes Prępositum Proulem, eiusq Assistentes ad plura suffragia erit; Quo ad priuationem vero eorum, qui in gradibus gubernationis Prouintialis locantur, priuandi facultas Patri Generali, eiusq Assistentibus, ac Procuratori Generali ad duas partes competet; excipimus tamen priuationem secretarij Prouintialis, ac visitatorum, quę ad Patrem Prolem, eiusq Assistentes ad plura suffragia spectabit; Deniq siquis ab aliquo gubernat.is Genlis gradu deponēdus esset, facultas contra Generalem ipsum erit, tantummodo ad duas partes penes Generale Capitulum hoc intuitu conuocandum: Priuandi v.o Assistentes, Secretarium, ac Procuratorem Generalem potestas erit, penes ipsum Generalem eiusq Assistentes, secretarium, ac Procuratorem, necnon Prouintialem Romanę prouintię, et duos alios antiquiores capitulares in eadem prouintia, ut assignatos degentes, excluso eo cuius causa agitur: suffragiorum vero, quę in huiusmodi deposit.ne decernenda, necesaria erunt, ex tribus partib, duę concurrant: Adiungimus autem quod omnes ij, quibus quęlibet deponendi facultas inerit, in vnum simul congregati causam cognoscant.

10 Proinde vero iustę causę ad talem depositionis actum sufficientes tales erunt; Prima incontinentia carnis; 2.a propietas contra votum paupertatis in magna quantitate; 3.a manifesta inobedientia cum scandalo, et contumatia; 4.a schisma contra pacem Religionis; 5.a demum siquid patratum fuerit, quod per leges ciuiles Capli, vel sacros canones depositionis pęna mulctetur, Sed vlterius pręter has aliqę etiam erunt, propter quas Generalis, Prouintialis, et Pręposites localis deponi possint; Videlicet redituum, ac magni prętij rerum stabilium Religionis dissipatio, siea in proprium, siue in aliorum commodum vsum veconuertāt; atque adeo peccato mortifero proprietatis in huiusmodi dissipatione delinquant; siquis etiam, eorum valde remissus, et socors fuerit in rerum q magni ponderis tractat.e, et subditos in peccatis cum magno Patrum scandalo insordescere permiserit,

C.G. 11. d. 4. f. 55.

adeo

adeo, ut inde ordinis nri labefactatio, et dissolutio videatur imminere, neque in eo emendationis spes ulla appareat, id quod in Generali, si evenerit propter gravem eius corporis ægritudinem, aut senectutis debilitatem, tunc Assistentium opera, ac labore adiubabitur, nec deposit.e dignus erit. In Provintiali vero, et locali Præposito, si idipsum propter eandem debilitatem acciderit, non deponendi, sed cogendi erunt, ut suo munere renuntient, deniq peculiaris causa ad procuratorem Generalem deponendum sufficiens erit, si quid alicuius momenti, etiam in benefitium Religionis inscio, l, inuito Generali procurauerit, illud quod fuerit asequtus; immo propter eandem causam inhabilem eum ad quemlibet gubernat.is gradum declaramus, donec denuo a Generali Cap.lo habilis reddatur.

Cæterum modus in cuiuslibet depositione servandus huiusmodi erit, vz. auté, ut primo criminis instructio fiat de consensu maioris partis eorum, qui deponendi potestatem habent; ea tamen quæ ad deponendum Generalem fieri debet, ab Assistentibus ipsius Generalis, cum Provintiali R.mo sumenda erit, et Generali Cap.lo præsentanda.

Sed ne detur locus calumnijs, ac falsitatibus, siue per inquisitionem, siue per denuntiationem, vel accusationem, aut quovis alio modo procedatur, testes, si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus pœnis abeisdem, qui instructionem criminis conficiunt multentur; Et si insuper quod denuntiauerint superiori, vel visitatoribus, tamquam iudicibus inscriptis falsum esse reperiat, pœna talionis puniatur, si vero informationes veritate nitãtur, procedatur deinde ad causæ cognitionem, et terminationem ab illis simul unitis, quibus facultas deponendi inerit: Audiatur reus defensione iuridica sibi concessa. sed et necesse insuper erit, ut tam criminis instructio, quam causæ cognitio, sic secreto conficiatur, ut ad aliorum aures nulla ratione pervehi possit.

Vlterius autem in Patre Generali deponendo peculiaris, hic modus adhibeatur,, simul atq Patribus Assistentibus crimen Patris Generalis solide explo=

ratum fuerit, rem omnem Provintialibus vicinioribus per litteras a tribus saltem Assistentibus scriptas significabunt, et ab eis, quid sentiant, exposcant, an scilicet cogendum Generale Capitulum videatur, hijs affirmantibus, atque adeo mayori parte illorum Provintialium, et Assistentium assentiente, capitulum quam primum convocetur.

In illud Pater Generalis amovendus ne admittatur, sed Patribus congregatis primus Assistens causam proponat, exponatque simul provationes, testificationesque criminis producat: Deinde audiatur reus defensione legitima ei cōcessa; mox consultationem super eius causam incohabunt; sed (re probe cognita) si duę Patrium partes ex tribus eum amovendum esse iudicaverint, citetur reus, eique sententia depositionis significetur, moneaturque posse patres in eum sententiam depositionis infligere, tamen rationem habere eius honoris, nominisque, quod hoc modo si sponte se se abdicaverit, servatum volunt, quo circa si sua sponte cedat Generalis munere, id et sibi commodum, et Patribus iucundū fore. Si Pater Generalis sponte se cessurum officio respondeat, annuant Patres, eiusque abdicationem accipiant: Tunc omnibus, et singulis Patribus Primus Assistens in virtute sanctę obedientię pręcipiat, ut secreto cęlent quidquid de P.e Generali amovendo agitatum fuerat. Deinde publicetur Patrem Generalem suo munere cessisse: hijs actis ad novam P.is Generalis electionem, eo quem scribemus ordine, rituque procedatur. 1. 2. 3

At si duę ex tribus partibus Patrum Capituli depositioni Generalis nō consentiant, aut si crimina in eum producta nō satis probētur; tunc Pater Generalis in Caplum vocetur, eumque primus Assistens graviter corripiat, toto pręsente caplo hijs verbis, quę in eum dicenda capitulum ante statuerit: nese Pater Generalis excuset, sed quidquid inflictum fuerit, humiliter audiat, ferat, et suorum erratorum emendationem divino fretus auxilio, polliceatur. Hęc pręcipue, quę in Generali admonendo, corripiendoque acta fuerint, secreto cęlent Patres: atque nese nihil egisse, et capitulum frustra coactum videatur, decernant quidam

quędam alia, quę ad religionis emolumentum, et disciplinę obseruat.ᵉᵐ cędant, ita fiet, ut ob ea statuenda capitulum se conuocasse videri possit.

Cap. 16.

De singulis gubernationibus, in specie, et primo de gubernatione Generali in vniuersū.

1. Iam satis quę sunt communia, ad tria gubernat.ⁱˢ genera disposuimus, ne sigillatim ea repetere cogeremur, sed quo omnia complete tradantur, necesse insuper est, ut singula in specie prosequamur.

2. Primo autem loco gubernatio Generalis se offert, de qua in uniuersum statuimus, ut eius potestas summa sit, quę in n.ra Religione esse potest, cui proinde omnes quotquot erunt n.ri Religiosi, siue sacerdotes, siue Clerici, siue laici, siue Prouintiales, siue Prępositi, siue quocunq nom.ᵉ vocentur, vbiq locorū sine aliqua exceptione subiecti, et subditi esse intelligantur, et per illam plena, et absoluta potestate dirigentur, semper permanebit, et nulla vnquam ratione cessabit.

3. His autem gradibus, ut dictum est, constabit, nimirum cap.lo Generali, et extra illud Pręposito Generali, Assistentibus, secret.ᵒ ac Procuratore, nec alij gradus pręter istos poterunt in ea locari, hi. n. sicut necessarij, ita etiam sufficientes erunt, de quibus sigillatim per sequentia capita agemus.

Cap. 17.

De Capitulo Generali.

1. Ex Generali Capitulo, velut ex summo Religionis apice, uniuersali Religiosorum bono prospicitur, et ex illo tamquam ex fonte administrationis series, disciplinę robur, obseruantię munimentum, vnitatis conseruat.ᵒ pręcipua ratione dimanant, ut merito regiminis nostri pręsidia in eius celebrat.ᵉ

firmiter stabilire conamur.

2. Proinde rite disponentes omnia, necesse est, ut Capli tempus, locum, personas, officiales, ordinem, auctoritatem, actus, et denique durationem, ac dessitionem prescribamus.

3. Et quod attinet ad tempus, volumus, ut Generale Caplum ordinarie, sexto quoque anno celebretur; sed infra hoc sexennij spatium (nisi duntaxat cum Generalis ab officio deponendus forte esset, quod Deus avertat) nullatenus propter aliam causam poterit celebrari, et si per mortem, l, abdicatione ab officio Pater Genlis defecerit, in hoc n. casu eius electio ab alijs peragenda infra sequenti capite disponetur. Dies

C.G. 11. D. 1. f. 53. autem ad illud inchoandum erit festum S. Lucę, vespertinis precibus recitatis, si sexto vertente anno fiet: quod si forte Generalis depositio decernenda esset, dies erit, quam ipsimet Assistentes prescripserint.

4. Proinde locus ad huius Capli celebrationem Romana nra domus designatur, l, etiam Neapolitana, ubi primum noster ordo sumpsit initium; singulis igitur capitulis Generalibus decernant Patres alterutram futuri capituli sedem, preter quam his duabus urbibus nullibi celebrari deinceps possit.

5. Personę autem, quę Generale capitulum ingredientur, ibique ius suffragij habebunt, hę solummodo erunt; videlicet Pater Generalis, omnes eius Assistentes, Secret.° Generalis, Procurator Generalis, Patres Provintiales cuiuscumque provintię, et denique singularum Provintiarum bini Procuratores; si vero Pater Generalis, aut Provintialis quispiam impeditus fuerit, mittat suo loco quem voluerit, nempe Pater Generalis aliquem ex dicessivis capitularibus cuiuscumque Provintię = Provintialis vero ex dicessivis capitularibus suę Provintię. Cęterum nemini liceat procuratorem, aut alium ullum sui vice, ut Caplo Generali intersit, subrogare. Immo preter hos nemo sit, qui ad civitatem, ubi capitulum celebrabitur accedere audeat, nisi Pater Generalis ex gravissima causa concesserit, et licentiam sua scriptam manu dederit; qui sine huiusmodi licentia venerit, puniatur ea pęna, quam in hos homines Capitulum infligendam decreverit,

sed

Sed et qui insuper ex ipsismet Capituli Patribus post statutum diem, ceptum Capitulum venerit, quilibet sed ingrediantur, rata tamen erunt, que ante ipsorum adventum acta fuerint.

6. Iam vero officiales, qui ad directionem Capituli, et ad omnia, que ibi geruntur, necessarij erunt, tales omnino constituantur, videlicet Preses, qui primus erit, et caput omnium, atque capitulum diriget, usque dum fuerit P.r Generalis electus, nullatenus tamen, qui Generalis eo sexennio fuerit, Preses eligi possit.

2º. Tres causarum Iudices, qui causas ad capitulum delatas cognoscant, et ad capitulum deferant

3. Secretarius cui etiam (si necesse fuerit) coadiutor adiungendus erit.

4. Quatuor Patres deputati ex varijs nationibus, qui simul cum Preside ad plura vota decernant, que sint in Capitulo proponenda que etiam reijcienda.

5. Definitores quatuor, qui cum Generali, et quatuor Assistentibus noviter electis Provintialium electiones efficiant.

6. Porro hi omnes Capituli officiales per secreta suffragia, ex eorum n.º eligantur, qui in Capitulo ius suffragij habent; singulorum v.º auctoritas, et officium stante Capitulo stabit; cessante cessabit; immo Preses statim post Generalis electionem.

7. Ad hec ordo Capituli, qui quidem inter personas, quoad sessiones, et sententias dicendas, et inter actus per agendos, servandus merito erit; sic omnino disponatur, ut in principio Capituli antequam officiorum abdicatio fiat, et Preses creetur, Primum locum Pater Generalis habeat, s. eo absente Assistens Primus; secundum ~~Senatorem~~ Provintialis. 3.m reliqui omnes, inter Provintiales, atque et Provintiales, atque similiter inter ceteros Patres antiquitatis ordo servetur.

Verum officiorum abdicatione peracta, et creato Preside, primum locum ipse Preses habeat, tum intra, tum extra Capitulum. 2.m proxime infra presidem his qui Generalis officio se iam abdicavit; ceteri vero Patres sine exceptione antiquitatis ordine sedeant, quocumque ibi officio perfungantur, id quod servetur, usque dum Generalis

electio fiat, qua peracta, ordo mutetur, et ipse Generalis de nouo creatus primũ locum habeat, et Prior (nisi iisdem Gentis factus sit) ad suum se locum recipiat, qui ei antiquitatis vice debetur; et eodem modo Prouin.les postquam electi fuerint, secundum locum post Generalem habeant, ac reliquos omnes precedant. Proinde vero quod de ordine in sedendo dictum est, idem omnino statutum intelligatur de ordine in suffragijs ferendis, ac sententijs dicendis.

Ceterum Capli secretarius, ubi primum electus fuerit, e suo loco discedat, et, l. postremus omnium sedeat, e Regione, scilicet prime sedis, vel seorsim a ceteris, aut in alio capli loco in quo munus commode possit obire; in sententijs tamen dicendis, et suffragijs ferendis antiquitatis ordine procedat, nisi interim ad aliquem fuerit gradum asumptus, cui precedent.a debeat, tunc. n. non antiquitatis, sed dignitatis ordo attendetur.

Demum ij Patres, qui loco Patris Generalis, aut Prouintialis ad capitulum forte venient, non dignitatis eorum quorum vices gerunt, sed sue antiquitatis locum tum in sedendo, tum in suffragijs ferendis habeant. Sed ut facile singulis capituli Patribus suus cuiq antiquitatis locus innotescere Possit, affigendus erit, in ipsomet Capli loco cathalogus omnium, quibus ibi competat, interesse, notato die, mense, et anno antiquitatis eorum.

Postremo non solum inter personas necesarius erit ordo, sed inter actus etiã in Caplo peragendos, ut scilicet hic primo, ille secundo loco peragatur, sed sigillatim cum omnes actus prescribemus, et inter eos ordinem obseruandũ disponemus.

8. Interim autem de Generalis capituli a.ctoritate illum in uniuersum decernimus, ut ea summa sit, absoluta, ac plena, que in nra Religione esse potest, nec ei limita.ta intelligatur, nisi in casibus in quibus he constitutiones expressam huius limitationis mentionem faciant.

9. Sed iam ad actus in capitulo peragendos transeamus; quos quidem hac ratione disponimus, ut alij ad capituli inceptionem seu preambula spectant, alij ad prosecutionem, alij deniq ad terminationem. Inter eos autem, qui ad incep=

inceptionem attinent, primus erit, ut constituto die celebrata Missa solemni de Spiritu sancto, et peractis sacris ritibus, qui in n[ost]ro rituali habentur; ingressis Patribus locum cap[itu]li, decretum de eius inceptione efficiatur, quo scilicet statuatur, eius cap[itu]li celebratio[nem] die tali inchoari debere, et simul fiat assignatio loci, qui defixa cap[itu]li sedes erit. Secundo ut congruum detur initium, omnes, et singuli congregati Patres cum potestate admittantur, ne forte inter eos aliquis sit, qui cap[itu]lo interesse non debeat.

Tertio absolutio dabitur ad cautelam ab omnibus censuris minime reseruatis ad effectum legitime congregationis, seu cap[itu]li constituendi, ea forma, et modo qui in libello de ritibus habetur.

Quarto eligetur secretarius, ac tres causarum reuisores per secreta suffragia; et secretarius ubi primum electus fuerit, statim ad designatum sibi locum accedat, et ea quæ sui muneris sunt exequantur, et eodem modo per secreta suffragia socium ei adiungere oportebit.

Quinto legitimatio cap[itu]li consequetur, tum in se, ut scilicet videatur, quarationе, et potestate sit coactum; tum etiam, quoad personas, an scilicet singuli Patres congregati legitime ibi intersint; quod præcipue ex cuiusq[ue] litteris patentibus innotescet, quæ omnes a secret[ari]o (cunctis audientibus) legentur, et deinde si quæ forte dubitatio oriatur, num quis cap[itu]lo non debeat interesse, eam reuisores causarum expediant; ac denique ius singulorum breui inquisitione cognoscatur; exeunte interim eo a cap[itu]li loco cuius causa agitur; quem tamen co[m]pertum fuerit, non debere interesse, is (nisi omnes intus Patres unanimiter nemine excepto assentiant) nequaquam admitti valebit. Sed tandem legitimatio cap[itu]li fiet, et quo ad tempus, et locum, an scilicet designato tempore et constituta die cogatur esse, an in ea ciuitate, quæ pro eius sede est destinata.

Sic autem legitimat[io]e peracta deueniatur sexto loco ad electionem P[ræ]sidis, qui prius quam creatus fuerit, in prima sede collocetur, tum officiorum abdicatio fiat, hac ratione, ut Pater Generalis, si cap[itu]lo interfuerit, genibus ante P[ræ]sidem

flexis

munere suo se abdicet, et sigilla statim, ac scripturas quam primum potuit, tradat; humiliter etiam fateatur, se non optime munus gessisse suum: eius abdicationem recipiat Præses, deinde Patres Prouinciales, Assistentes, et cæteri omnes offitio suo singuli cedant, et culparũ venia petita ad antiquitatis suę locum se recipiant. Mox Pater Generalis de Capłlo exeat, ut deeo liberius dicendi facultas fiat, ac tẽpus præfigatur, infra quem, et alij, quę norunt, denuntiare possint.

Postremo electio, peragatur eorum quatuor Patrum, qui deputandi sunt, ad ea seligenda, quę proponi debent; atq̃ hęc de actibus ad præambula capituli spectantibus. Quibus peractis consequẽtur deind actus, qui ad capłli prosequutioné attinent, in quibus profecto tota eius vis consistet, ut pote propter quos ipsũ Capitulum est coactum: huiusmodi autem erunt, ordinationes, ac leges condere, quę bono Religionis necessariæ videbuntur, et alia ad hanc rem spectantia decernere, negotia expedire, causas iudicare; electiones efficere, de quibus omnibus decreta peragentur, eo modo, et forma prout supra Cap. 13. de actibus gubernationis præscripsimus, et præcipue quę ad rerum propositiones, ac earum discussionem attinent, rite procedant.

11. Sed in specie, quoad leges, et ordinationes, singuli Patres, qui aliqua proponenda habent, ea ad Præsidem, aliosq̃ deputatos Patres scripta deferant, ut ab illis discutiantur, an debeant proponi, néne; quod si reijcienda visa fuerint, omnino tamen volumus, ut ea in vnum collecta, in Capło a secret.º legantur, et a deputatis Patribus rationes afferantur, ob quas ea non esse proponenda statuerũt; quę autem proponere visum fuerit, secretarius in ordinem redigat, ut sic ordinate collecta pertractentur; ita tamen ut quę magni ponderis erunt, in vna sessione proponantur, ac scripta in capłi loco relinquantur, et in alia sequenti decernatur: si quid insuper proponetur, quod in constitutionibus, l, in alijs nostris legibus habetur, earum verba prius in plena congregatione legantur.

12. Proinde ut facilius expediri omnia possint, valde congruum erit, si varię de varijs rebus deputationes fiant, ut scilicet duo, tres ue Patres ea colligant, et ordinate

ordinate praescribant, quae de votis decernenda occurrent; duo tresue alij, qui de cultu diuino; alij quae de nĩa ad proximum directione; alij quae de studijs literarum, et sic de singulis, eodem ordine seruato, quo hae constitutiones procedunt: Non tamen quae disputationibus in his, collecta praescribentur, aliquid roboris habebunt, donec fuerint ab ipso Generali caplo approbata; unde statim, atque deputati Patres suo munere sunt perfuncti, ea quae collegerunt Praesidi tradant, et a Secret.° in pleno caplo legentur, tum quae aprobanda, quaeve reijcienda erunt, ipsius met capli arbitrium definitione concludet.

13. Absolutis vero, quae ad ordines, et leges spectabunt, negotiorum expeditio subsequetur, ut puta si aliqua domus fundatio occurrat, l, aliquid aliud ad bonum Religionis promouendum: in negotijs autem grauibus praemeditationi tempus destinetur, et mature omnia peragantur.

14. Post haec causarum, et visitationum, quae ad caplum delata fuerint, iuditia adiungentur hoc ordine; ut primo tres causarum reuissores breuiter, et sumatim omnia referant, quae legerint; tum singuli Patres iuditium ferant, et inter haec iuditium etiam eorum, quae de Patre Generali denuntiata, ac deposita fuerint, numerentur; volumus n. ut caplum Genle, Genlem Praepositum visitet, (praefixo tpo) (ut dictum est) infra quem denuntiari possint, quae contra eum occurrent, eaque omnia reuissores causarum recipiant, et ad capitulum referant.

15. Et hinc ad electiones procedatr, P.° capitularium; 2.° Patris Generalis; 3.° Assistentium eiusdem; 4.° secretarij Generalis; 5.° Procuratoris Generalis; 6.° Prouintialium: nec aliae electiones peragentur.

16. Sed et electio in primis capitularium non necesario efficienda incumbit, et ideo ante omnia decerni ad plura suffragia debebit, an ea sit peragenda, necne; auditis, quae Procuratores Prouintiarum de necessitate quisque suae Prouintiae dixerint, tunc si mayori parti peragenda videatur, prodeant ipsimet Procuratores eos omnes, quos ut elegibiles aduocem, Proute caplum ob eius Prouintiae necessi=

tatẽ

vel insignia alicuius sacerdotis merita, ut aliam grauem causam nominator dederit; mox eorum merita scrutentur Patres, ac P.mo de hijs Procuratores, ac demum reliqui, quid de vno quoq eorum sentiant; sigillatim in medium proferat; tum ad secreta suffragia deueniatur, hoc ordine, ut singuli nominati, p.o vnius prouinciæ, deinde alterius, antiquitatis ordine inter eos seruato, in singulis scrutinijs successiue, unus post alium electioni deputentur, vota, et suffragia in vrna excipiantur, duobus in electori manu calculis, seu globulis existentibus, vno albi colloris, qui affirmatiuus erit, alter vero nigri coloris, qui negatiuus: et talem quisque in vrnam inijciat, qualem ad Dei gloriam, et Religionis bonū salubriter expedire dignoscet; alium autem globulum in manu superstitem, in aliam vrnam seorsim locatam secreto immittat: Proinde electionis vrnā scrutatores aperiant, calculos numerent, et si albi in mayori n.o fuerint, proferant, electionem esse factam, atq illæ habeatur electus; sin minori, l. impari infecta, et ut exclusus censeatur; et q. hic de pari, non ad exclusionem sufficienti statuitur, peculiare erit in hac capitularium electione, non autem in alijs electionibus peragendis, in quibus par numerus, neq includit, neque excludit.

27. Capitularium electione peracta, ad electionem Patris Genlis procedatur. atq inprimis spatium aliquod temporis designetur, quo Patres ad eam se præparent, et præcedenti die antequam fiat, capitularibus intimetur, et interim in re tam ardua spiritus sancti gratiam assiduis orationibus impetrare conentur; ad quem etiam finem quadraginta orarum oratio priuatim in oratorio habeatur, ut cœlesti lumine electorum mentes illustrare dignetur Dominus; sed insuper mediat.e præquia se muniant Patres, ac perpendant, qua intent.e qua vigilantia, quo affectu tanti ponderis actus debeat expediri, Deiq honorem, et Relig.is bonum puramente intuentes, priuatas animi passiones cohibeant, et quo omnia corrumpuntur, Ambitionis vitium prorsus abigant; cui tamen malo, ne aliquo modo subrepat, occurrere volentes, præcribimus, quod si probetur quempiam per se, l. per interpositas personas Generalis Præpositi dignitatem ambijsse,

de Caplo

de capl° statim, ne cum alijs intersit, moueatur, et per decennium, actiuo, et passiuo suffragio careat, neq; ullomodo pœna ei remitti possit.

18. Proinde ipso electionis die celebretur a Patribus capli Missa de spiritu sancto, et hora designata, sermo, seu oratio de electione in genere habeatur, ab eo quem designauerit Præses, nullum tamen in eo signum detur, quo peculiaris aliqua persona significetur.

19. Postea coram omnibus legantur a Secret.° quas in Patre Generali exposcimus qualitates, de quibus infra capite sequenti agemus. Deinde omnibus detur a cunctis censuris absolutio ad canonicæ electionis effectum.

Qua data ad orationem se omnes submittant ingenua, ut Deus ipsis ~~eam~~ det mentem, quam ille scit optimam, ac hymnum spiritu S.ᵗⁱ dicant.

20. Postmodum in silentio, vnus post alium, singuli ad secreta suffragia ferenda ordinate procedant, eo modo, qui iam supra cap. 13. est præscriptus; ibi .n. communem tradidimus modum ad omnes electiones peragendas, atq; in hac elect.ᵉ complete seruandus erit.

21. Demum electione completa, omnes vna Patres capli. Reuerentiam ei simul exhibeant, et statim nulla inter posita mora conficietur a Secret.° electionis decretum, et singulorum Patrum subscriptione firmetur, antequam capli Locum exeant.

22. Mox signo dato omnes, qui in ea domo aderunt, sacerdotes, clerici, et laici ad fores capli conuenientes, inde cum electoribus, et Patri Generali electo iuxta ritualis præscriptum in processione ~~euntes~~ ad chorum, l, oratorium pergant: ibiq; dicto: (Te deum laudamus) Patrem Gen.lem, caplares duo antiquiores ad sedem in medio positam deducant, tum Secret.°, decretum elect.ⁱˢ coram omnibus clara voce legat: Postea singuli ordinate submissis genibus manum ei osculantes, obedientiam polliceant.; et cætera efficiantur, quæ ad ritus alios attinent, in rituali præscriptos.

23. Si contingat quempiam in Generalem eligi, qui extra ciuitatem, in qua capitulum peragitur, existat, statim vocetur, et nisi ad Romanam domum venerit, in

in nullo alio loco ei possessio tradatur, nec ullo modo electus intelligatur. Si autem ob loci distantiam statim venire non possit, electio nihilominus pronuntietur, omnibus, qui in eadomo sunt, et interim Præses capitulum prosequatur, eiq intendat: Dimisso vero Capitulo Primus Assistens usq dum Generalis advenerit, gubernet. Quodsi ulterius Generalis electus, et absens nolit, aut non possit venire, aut etiam ex iusta causa, onus non valeat acceptare; tum eadem prorsus ratio habeatur, acsi per mortem defecerit. Cęterum si Capitulum in civitate Neapolis celebretur, et ibi Generalis electus Pater reperiatur, possessio quidem ibidem ei tradatur, sed tamen infra mensem omnino ad Romanā domum se conferre, absoluto Capitulo teneatur, atq hęc de Generalis electione.

24. Tertia porro consequetur electio, quę erit Assistentium Generalis, quę eodem modo per secreta suffragia fiat; sed et singuli ex singulis nationibus elligantur. Unus autem duntaxat poterit confirmari: Quibus electis secretarius Generalis, et post eum Procurator Generalis ab omnibus simul Capituli Patribus elligantur. Volumus autē ut in electione Præpositi Generalis, eiusq Assistentium, ac secretarij, et Procuratoris Generalis vocem passivam nequaquam habeant ij Capitulares, qui in eodem Capitulo Generali fuerint ad ius suffragij electi, id quod de electione ad hęc generalia officia in eodem ipso Capitulo duntaxat intelligi debet.

25. Et tandem ad Provincialem electionem deveniatur, quę in definitorio fiet; ius quę suffragij in eo habebunt ij solummodo Patres, videlicet Pater Generalis, eiusq Assistētes de novo creati, et insuper quatuor alij definitores ab ipso Capitulo eligendi. ~~Ergo~~ procuratoris electione absoluta, statim quatuor definitores eligantur, et si electus Generalis, vel Assistens aliquis absens esset, tunc in locum Generalis capituli Præses subrogatus intelligatur, et in locum Assistentis diffinitor alius creetur, ita ut novē electores in diffinitorio valeant convenire.

26. Hi proinde novem viri (ex quorum numero deputādus unus erit, qui secretarij officio fungatur) habeant prius diligentem perscrutationem personarum, quę ad Provincialis regimen aptę videbuntur, et audiant Patrum Capitularium relationem: sigillatim ijs in diffinitorium vocatis, et similiter litteras a præpositis domorum, de aptis

ad hoc

adhoc omnes habitas [personis] aperiant, et legant. Volumus .n. ut singuli domorum Praepositi cuiuscumque Prouintiae ad diffinitorium Generale priuatim quisque ex se scribere teneatur, quinam idonei videantur, ut Prouinciales offit.o in sua prouintia valeant apte perfungi; ijsque apertis, et lectis deueniatur ad secreta suffragia, et ab illis nouem, ut dictum est, eligantur Prouinciales, si etiam confirmentur ~~ad tri~~ ennium duraturi ~~eo~~ succesiue vnus post alium, Caeterum

Aliorumque Superiorum, et officialium electio, non in Capitulo Generali, sed in Capitulo Prouintiali, in qualibet prouintia post Generale Capitulum celebratum, peragentur.

Atque haec satis de electionibus, et de actibus ad prosequtionem capituli spectantibus.

Nunc vero actus, qui ad terminationem capituli attinent, subiungentes, inter eos illum p.o constituimus, qui erit, ut scripta omnia de quauis re ad ordinis administrationem spectantia, vel contra quoscumque acta fuerint, ad Patrem Generalem, eiusque Assistentes, ac diffinitores deferantur, neque apud se quisquam aliquid retineat.

Secundus actus erit, ut simul Patres decernant, quae scripta seruanda, quaeve reijcienda, quaeve igni tradenda videantur; relat.e prius habita a tribus Reuisoribus causarum.

Tertius erit, decretum, quo omnia in Capitulo peracta confirmentur; et aliud etiam quo capituli dissolutio decernatur, in cuius postea virtute terminari debebit, seruatis omnibus, quae ad ritus attinent.

27 Sed iam actibus in particulari descriptis, ratio eos scribendi modo se offert; de quo illud in vniuersum decernimus, ut omnes in libro peculiari actorum Generalium a secret.o latina lingua, distincto, sessionum ordine scribantur: in eo tamen libro simul cum alijs actibus nequaquam scribenda erunt iuditia, et sententiae causarum, quae a Capitulo iudicatae fuerunt; sed seorsim in chartis alijs ponenda [erunt], ut si postea Generali Capitulo ea comburere iudicauerit, facile sine libri scissione id fieri possit.

Opor-

Oportebit autem, ut qui actus in una sessione peragentur, in alia sequenti, coram omnibus legantur, et singulorum subscriptione firmentur.

22. Sic autem compositis omnibus, necesse etiam erit, ut decreta, quæ ad ordinat.es et leges, ea nimirum quæ in usum inducenda erunt, et executioni mandanda ante cap.li dissolutionem ex eodem libro actorum Generalium a Secret.º in unum redacta, ordinate disponantur, hac rat.e ut in tres veluti partes diuidantur, et Pri.a 1.

pars continebit, ea, quæ ad substantialia instituti spectare videntur, et ex proprio nomine canones vocabuntur, ac libro constitutionum correspondebunt. 2.

Secunda pars ea sit, quæ ab omnibus, et singulis ubiq. obseruanda erunt, et regulæ, seu obseruantiæ communes dicentur.

Tertia deniq. ea, quæ ad Regulas, et institutiones officiorum, ac munerum attinent, quas proinde institut.es seu Regulas peculiares appellare oportet.

Porro quælibet harum partium, in plura capi.ta (si diuisionem mater.a postulabit) partietur, et suo titulo quodlibet caput insigniri debebit, ut sic distincte omnia habeantur. Similiter, et decreta in tribus capitulis Generalibus immediate sibi inuicem succedentibus spetiatim in uno quoq. confirmata, ac proinde vim constitutionis habentia, seiunctim ab alijs sub nom.e decretorum, quæ vim constitutionis habent, colligantur. 3.

Sed ultimo tandem loco, duratio cap.li, eiusq. dissolutio præscribenda remanet. 4

Et quidem quod attinet ad durationem certa Reg.a tradi non potest, illud tamen sedulo curent Patres, ut quam citissime possunt, se expediant.

De cap.li autem dissolut.e statuimus, eam arbitrio maioris partis cap.li, non vero solius Generalis peragendam esse; ante vero quam dissoluatur, fiat decretũ, quo ipsamet dissolutio cap.li decernatur; in cuius postea virtute peractis omnibus, quæ ad ritus attinent, atq. Relig.nis sigillo impressis, decretis, et alijs quibuscumq. scripturis in capitulo peractis, atq. sigillorum Patrũ subscript.e confirmatis, absolutum, et terminatum in nomine Domini habeatur capitulum, et qui discessuri sunt, quamprimum discedant.

Cap.

Caput xviij.

De Preposito Generali.

1. Prima administrandi ordinis potestas universi, extra tempus capli Generalis in Generali Preposito subsidebit, qui locorum omnium, et personarum nrę Relig.nis primus pastor, et Rector pręcipua obedientia recollendus erit.

2. Sed ut dignè quis ad hunc supremum in gubernat.e gradum valeat promoveri, sicut auctorit.e omnes excellere debet, ita etiā egregijs qualitatibus insignitū esse oportet. Quare volumus, ut is ętate sit maturus, quo suum munus sine auctoritatis, et decentię iactura exerceat, viribus pręstet, quibus tam graue pondus sustineat. Animi magnitudine, virtute, consilio, discretione, ac rerum experientia polleat, ut officio tam supremo supremę dotes respondeant; in rebus spiritualibus, et internis sit, quam maxime versatus, quo spiritui viros addictos promoveat, solicitudine, et dexteritate in rebus agendis vigeat, quo incepta negotia ad finem perducat: Deniq. alia gubernationis munia in Relig.e gesserit, quo probatus, et experimento edoctus, non in incertum sua consilia dirigat, nec a recto administrat.is ittinere deflectat, unde ęquum esset, si prius Provintialis, aut Assistens extitisset.

3. Cęterum ne ad hunc gradum posit assummi, impedim.ta obstabunt, quę iam supra dedimus in communi pręscripta, nec alia in particulari occurrunt.

4. Porro electione hęc promotio fiet, et non nisi a Caplo Generali, cui absoluta ad hunc gradum eligendi facultas inerit, ea prorsus rat.e, et modo prout iam supra pręcedenti cap.o disposuimus, nihilominus tamen, si intra sexennium, quod ab uno ad aliud Gen.le Caplum intercurrit, Pater Generalis sive per mortē, sive alia causa ab officio desierit, tunc Gen.le capitulum ad novam electionem cogendū non erit; sed volumus, ut Generalem eligendi facultatem plenam, totalem, et absolutam, hi solummodo habeant, videlicet Generalis Assistentes, secretarius Generalis, Procurator Gen.lis, et quinq. alij electores, ex domo residentię Gen.lis, vel ex locis, aut Provintijs vicinioribus per secreta suffragia, ab ipsismet Assistentibus secret.o ac procuratore eligendi, ab ijsq. undecim viris in unum congregatis nova Generalis-

electio in casu posito plena auctorit.e (infra spatium tamen duorum mensiu͞m) fiet. quodsi infra hunc t.m, quinq electores adiuncti non venerint, subrogentur omnino ex eorum num.o dumtaxat, qui in domo residentię Generalis pręsentes aderunt, alij quinq electores ab ipsismet Assistentibus, secret.o ac procuratore per secreta suffragia. Porro novi Generalis electio, eodem modo, ac si in Generali cap.lo fieret, peragatur, et solummodo addimus, ut nemo ex hijs undecim electoribus possit in Gen.lem eligi, nisi ex tribus duę suffragiorum partes concurrant, ac proinde necessaria erūt, ~~ex~~ ex undecim octo suffragia. Ad alium tamen extra undecim electores ~~numerū~~ eligendum, maior pars satis erit; eligetur autem duraturus in offitio ad sequens usq Generale capitulum celebrandum.

5. Iam vero Prępositi Gen.lis auctoritas ampla iurisdictione constabit in omnes, et singulos ~~nrum~~, ubique gentium degentes Religiosos n.ros, et in omnes, et singulas n.ras domos, absoluta etiam erit, ac plena, ita ut ex se nullius requisito consensu, l. suffragio statuere, mandare, et exequi possit, quęcumq velit, dummodo per has constitutiones id expręsse non prohibeatur, aut aliquo modo eis adversetur, sive etiam de sententia suorum Assistentium, aut aliorum quorumlibet illi deliberandum, a.ut statuendum exprima~~ndum~~tur, nihilominus tamen in reb.9 gravibus, quę consult.e indigent, et si ad id non obligetur, consulat tamen suos Assistentes, consilium n. velut solidum est in gubernat.e munimen, et inde salus, levamen, et vires cęterum non consilia dumtaxat, sed et vota omnino adhibeat in omnibus ijs, in quibus ea adhibenda esse ex legum n.rarum pręscripto, decernitur. 9.

6. Munia porro Generalis hęc erunt, pastoris more commissum sibi gregem vigili ~~sibi~~ observantia custodire, statum Relig.is efficacibus studijs, ac promptis operib.9 promovere; Molestis eventibus viam pręcludere, indirecta dirigere, subtrahere noxia, salubria procurare, et deniq universę Religioni ubiq locorum sua potestate, sic intendere, ut et leges completa observantia vigeant, et subditi ad destinatum finem per designata media dirigantur. 10

7. Sed vero inter omnia Gen.lis munia magnum habet momentum providentia,

qua

qua omnia lustrans, omnibus consulat, præsertim autem videat, qua ratione superiores omnes, et alij ad regiminis officia deputati se gerant, eosque consilio adiuuet, et quod opus erit reprehesione, et correctione promoueat: Intendat num Regularis disciplina alicubi vacillet, num charitas tepescat, num alia forte mala erumpant, et quo decet studio opportuna remedia adhibere non negligat; Hortetur, doceat, arguat, increpet, obsecret, et nihil omittat, quod in tanti ponderis negotio, prouidentiæ ratio poscit.

8. Adiuuabitur autem in suo munere ~~omn~~ omnibus medijs iam supra præscriptis, integræ rerum, ac status Religionis notitia præcipuum erit; unde opportebit, ut personarum omnium nostræ Religionis, siue professionem emiserint, siue in probatione versentur, siue sacerdotes, siue clerici, siue laici fuerint, cathalogum singulis annis in quauis prouintia conficiendum, apud se habeat, cathalogum etiam domorum omnium, et collegiorum, eorumque bonorum; compendium denique ad ordinem redactum priuillegiorum, concessionum, et facultatum, quæ a sede Apostolica nobis concessa fuerunt; inde n. fiet, ut perspecta omnia habens bono Religionis prospicere facile possit.

9. Sed et insuper efficax medium exemplar vitæ, ac viuendi ratio erunt, quibus magis, quam verbo subditi reguntur, et eapropter Pater Generalis, eandem cum cæteris seruet normam disciplinæ, communi mensa, communi victu, communi vestitu vtatur; unam ad summam duas habeat cellas, in eis nihil apparatus nihil ornatus, non lectum, non supellectilem, nihil denique habeat, præcipue præter cæteros; ob negotia autem plurima, quibus semper erit districtus, laicum habeat vnicum, qui ei vbi opus sit, administret.

10. Præterea inter omnia media ipsius adiutores numeramus, qui sunt Assistentes, secretarius, ac Procurator Generalis, a quibus in gubernationis onere subeundo

146 leuabitur; et Assistentes quidem mente, et consilio, secretarius vero, ac Procurator rerum executione, ac factis adiumenta præstabunt, prout cuiusque muneris ratio postulabit.

LL.

11. Sed et maxime etiam proderit, si præter ordinarias consultat.es quas cum omnibus Assistentibus habebit, vnius Regionis negotia, eiusdem regionis Assistenti consulenda committat, et cum eo consultat.em habeat, dummodo non sit tale negotium, quod aliorum Assistentium vota requirat; tunc n. omnibus proponendum, et de eorum simul assensu decernendum erit.

Vltimo, etsi omnis gubernatio plurimum visitationibus adiuuetur, nihilominus tamen, si præter ordinarias visitationes, quæ in singulis prouintijs ab ordinarijs visitatoribus peragentur, velit, et ipse Genlis visitare, id quidem per delegatos vbique, sed raro, et de Assistentium voto, et per se intra tamen fines Italiæ efficiat.

12. Sed iam vlterius de Generalis residentiæ loco decernimus, ut is non alius esse possit, quam Romana nostra domus, adeo ut Roma discedere nequeat; quod si ob aliquam causam etiam visitat.is infra tamen fines Italiæ, vltra vnius mensis spatium absens esse debeat, non abscedat, nisi duo saltem Assistentes consenserint; sed et Roma cum discesserit, siue ex se, siue ex Assistentium voto vltra distantiam itineris vnius diei, ut negotia, et alia quæ occurrent, valeat expediri, Genlis consultatio, quæ in hac absentia Genlis, ex Assistentibus, et Procuratore Genli constabit, eorum expeditioni plena auctoritate intendet, et si quæ electiones interim peragendæ essent, eas efficiet, litteras aperiat, et quæ ad Genlem scriptæ fuerint, præterquam eas, quæ soli scribuntur; et omnia efficiat, ac si Pater Genlis præsens ibi esset: Consentaneum tamen erit, ut quæ ad regressum vsque Patris Genlis differri possint, differantur. Cæterum volumus, ut Genlis ex Italia nequaquam migret, quod si Italiæ fines excesserit, eo ipso Genlis officio, et dignitate priuatus existat.

Const. pars 4. C. 25. f. 211.

C. G. 11. D. 4. f. 56.

13. Denique de Generalis durat.e statuimus, ut sex annos perduret, et curam Religionis habeat, tanto videlicet spatio, quantum ab vno, ad aliud Genle capitulum interponitur: sed tamen qui in defectu Genlis fuerit electus, infra sexenni spatium ad hunc ipsum gradum assumptus, perdurabit, solummodo ad sequens vsque Genle capitulum, dictumque Patrem Genlem nullatenus confirmari posse volumus.

14. Vltimo Genlis desitio ab officio sic procedat, per renuntiationem quidem, aut

trans=

translationem, (que per simplicem amotionem, desinere non potest,) desinet tamen vel per simplicem cessationem, elapso sui officij tempore. hac ratione, ut eius non cesset auctoritas, statim, atque primum sexennium fuerit elapsum, sed duret eo usque, donec in capitulo Generali muneri cesserit suo, vel etiam per depositionem de qua iam satis late peregimus.

Ceterum siue per mortem, siue per depositionem, aut alia causa infra sexenni spatium Generalis defecerit, interim donec alius de nouo creetur, Primus eius Assistens, statim ipso iure Generalis vices eadem potestate subeat; primus sedeat, incedat, loquatur, iubeat, nec tamen noua Assistentis electio fiet; sed Procurator Generalis in Assistentis locum subintret, donec noua Generalis electio compleatur.

15. Addimus tandem, quod Generalis abdicato munere, quam ei libuerit, sibi domum eligere posit, in qua conuiuat, ad aliud vero Generale Capitulum, nisi fuerit, ad aliud Regiminis munus, electus, vel, ad aliud onus, in alia domo subeundum a Patre Generali deputatus.

Cap. 19.

De Assistentibus Prepositi Generalis.

1. Cum certum sit, eum qui preest, non posse sua scientia cuncta complecti, nec unius mentem esse tante molis capacem, operepretium est, ut alij etiam in partem sollicitudinis assumantur; quod, Prepositus noster Generalis suos omnino habeat Assistentes, qui eum mente, et consilio adiuuent.

2. Quorum proinde numerum, in primis decernentes, volumus, ut non pauciores sint, quam quatuor, singuli ex singulis nationibus eligendis: Sed et si nationum diuersitas, et in plures Regiones diuulgata religio id aliquando exposcet, quinque etiam esse poterunt, capituli Generalis arbitratu.

3. Eorum autem qualitates huiusmodi erunt, ut valeant, quod suscipiunt munus cum dignitate exercere, vnde etate sint matuti, natura pacifici, doctrina eruditi, probitate conspicui, experientia probati, ad inuenienda subtiles, ad implenda robusti, ad celanda cautissimi, ut ministrando consilia, regant ipsi rectorem:

Denique sint amore erga Religionem præcipua ratione affecti.

4. Impedimenta porro, ne quis ad hunc Assistentis gradum eligi possit, ea omnia erunt, quæ in communi præscripsimus.

5. Ulterius autem ad hoc ipsum munus promotio electione peragetur, quæ quidem plena potestate in Generali capitulo fiet, eo modo qui iam est supra cap. 27. decretus: a quo etiam in eodem munere, nonnisi unus poterit confirmari, dummodo ex votis capituli partibus duæ concurrant; si autem vel ob mortem, vel aliam ob causam, Assistens aliquis ante Generale capitulum defecerit, eum eligendi absolutam facultatem Pater Generalis, eiusque reliqui Assistentes, ac simul etiam Procurator Generalis habebunt, a quibus ~~simul~~ congregatis, alius de novo infra mensem eligetur, in officio duraturus ad sequens usque Generale capitulum.

C. G. 10. D. 16. f. 39.

6. Iam vero Assistentibus auctoritas in alios non competit, et ideo ius eis, ceteros præcedendi nullum sit, dum in Romana domo conuiuent, sed in suo maneant antiquitatis loco; cum vero in domum alienam abierint, sedeant quidem post Vicarium, ~~sed~~ præcedant ceteros omnes, etiam antiquitate primos, et ibidem benedictionem a loci præposito ne teneantur exposcere; foras tamen ituri,+ et quæ alteri significent; quæ omnia, quæ ad locum, et benedictionem eodem modo, de secret.º et de Procuratore Generali intelligi debent.

+ et licentiam ... tant, et ... et quorum ...

7. Ceterum eorum munia erunt, cum Patre Generali Religionis negotia expedire, eumque sedulo, ac fideliter adiuuare.

8. Adquirere præstanda his medijs adiuu~~atrix~~ opere, nempe priuata, et frequenti legum nostrarum, ac Priuilegiorum lectione, qua in iure nostro eruditi euadentes, in consultationibus non ~~habebunt~~; charitatis unione, quæ cum Generali capite plus quam ceteri colligentur: ~~Zelo~~, quo eiusdem Generalis nomen, et auctoritatem apud alios omnes verbo, et exemplo tueantur: Diligentia, et solicitudine, qua vocati a Generali statim accedant, et eis commissa negotia compleant: libertate in consultationibus, quæ quod sentiunt, libere dicant, cum omni tamen humilitate, atque modestia, secreto, quo omnia celent, quæ in ei~~s~~dem consultationibus peragentur, et

Denique

denique personali residentia, et assistentia apud Generalem, qua potestas unitur, et auctoritati vis in regendo servatur.

9\. Sed de hac ipsa residentia ulterius decernimus, ut quoad locum, Romana nostra domus eis destinata intelligatur, in qua etiam residet Generalis; quoad tempus continuata esse debet, ut nisi gravis urgeat necessitas, nullomodo Roma discedere Assistens aliquis possit: sed et si discessione opus, per mensem Generalis licentia satis erit; ultra mensem vero Generalis cum Assistentibus (ipso, qui discessurus est excepto) eam concedant, absens autem non diu moretur, sed quamprimum revertatur.

10\. Interim tamen quoad huiusque redeat, siquid occurrat, quod de Assistentium voto decerni debeat, vicem eius qui abest, suppleat in omnibus, ac si Assistens esset, Procurator Generalis; et si alter etiam Assistens eodem tempore absit, subrogatus eo ipso intelligatur, Secretarius Generalis, donec unus revertatur Assistens. C.G.9.D.16.f.25. C.G.10.D.16 f.39.

11\. Sed tandem de Assistentium durat.e statuimus, ut sex annorum spatio includatur, quod ab uno ad aliud Generale capitulum intercurrit, et adhuc, ea qua diximus ratione poterit unus duntaxat confirmari; qui vero infra sexennium, ob alterius defectum, fuerit de novo electus perdurabit, ad sequens usque Generale capitulum, in quo per plura suffragia reeligi, et confirmari valebit. C.G.11.D.10. f.58.

12\. Postremo Assistentium ab officio desitio, inter varios modos, iam supra descriptos, neque simplicem amotionem, neque traslationem, neque renuntiationem continebit; sed solummodo desinere poterit, vel per mortem, vel per simplicem cessationem, expleto tempore, vel per depositionem ob grave delictum; de quibus iam plenas tradidimus leges.

Cap. 20.

De consultatione Generali.

1\. Ad providae gubernationis sedulam firmitatem necesse erit, ut a Generali cum suis Assistentibus consultatio habeatur, in qua regiminis maximum pondus optima securitate reponimus, cum ibi prudenti sagacitate universali bono facile possit intendi.

2.

2. Proinde instituenda erit huiusmodi consultatio, quoties Genli, ex praecipto
C.G.10.§.16. f.39. constitutionum, et aliarum legum nostrarum Assistentium vota tenebitur adhibere; et quoties, etiam ipsimet Genli placuerit; non tamen poterit conuocari, aut cogi, nisi de ipsius met Genlis auctoritate, alioquin nec legitime coacta erit, nec aliquam vim, aut potestatem habebit, nisi dumtaxat in duobus casibus. In casu scilicet absentiae Patris Genlis ab urbe ultra distantiam itineris unius diei; tunc.n. fiet (ut supra dictum est cap. praecedenti §.10) consultatio ex Assistentibus, et Procuratore Genli constans, poterit conuocari, et sua auctoritate negotia quae occurrent expedire, ac electiones efficere, et similiter in casu cum Genlis ob mortem, l. aliam ob causam ab officio desierit; eo n. tempore, usque ad nouam Patris Generalis electionem legitime coacta intelligetur.

3. Iam vero personae, quibus haec consultatio componetur, quaeque in ea ius suffragij habebunt, erunt solummodo, Pater Genlis, eiusque Assistentes, et quandoque etiam, sed in casibus expressis, Procurator Genlis; et in expressis etiam casibus, idem suffragij ius Genli secretario in ea competet; qui proinde semper quoties ea instituetur, praesens aderit, ut quae proponenda, quaeve discutienda erunt, scripto excipiat, et alia perficiat, quae ex peculiari munere ei incumbunt.

4. Sed ulterius eiusdem consultationis auctoritas plena, et absoluta semper erit, et non ab alia nostrae Religionis potestate dependens, praeterquam ab ipsis legibus nostris; in omnes ubique domos se extendet, Religiosis omnibus praeerit.

5. Denique actus, qui in ea peragentur, sic ordinate procedant, prout iam supra cap. 13. de actibus in communi praediximus.

Cap. 21.

De Secretario Generali.

1. Statutos gradus in Genli regimine prosequentes, secretarium inter eos, iure, ac merito collocamus, qui fideli integritate, diligens in gubernationis operarijs adsit.

2. Talis autem ad hoc munus assumatur, qui fidelitate praeditus, ad usum

scribendi peritus; sollicitudine, et discretione conspicuus, recto agendi modo cum omni hominum genere, verbo, et litteris pollens, digne valeat, sua munia exercere.

3. Eius promotioni communia impedimenta iam supra disposita obstabunt.

4. Electione autem haec promotio fiet, et nonnisi a Gen.li Cap.lo ea rat.e quam suo loco tradidimus; nihilominus tamen, si infra sexennium, vel per mortem, vel aliam ob causam ab offit.o desierit, alius infra mensem a Patre Generali cum Assistentibus eligetur, poterit etiam, sed nonnisi ex voto duarum partium capituli confirmari.

5. Proinde eius munia erunt, archivi Gen.lis curam habere, consultationibus Generalibus interesse, et ibi quae scripto excipienda erunt, conscribere; negotia a Gen.li, vel eius commiss.e cum summo Pontifice, vel alijs pertractanda ad capita quaedam ordinate redigere; capitula eorum quae cum Assistentibus discuti debent, ex praescripto Gen.lis colligere: summam ex litteris et alijs omnibus, quae scripto ad Gen.lem deferuntur, conficere; eisdem litteris rescribere, quibus vel Gen.lis subscribat, vel ex eius commiss.e secretarius ipse, et denique alia acti=tare, quae Gen.lis regiminis secretarium decent.

6. Sed ut facilius hoc possit munus obire, inter alia media necesse erit, ut ei a Patre Gen.li tot socij variarum linguarum peritia praediti adiungantur, quot opus erunt, habita rerum, temporum, et personarum rat.e Occupat.es etiam quae ei in suo munere possunt, obstare praecidantur; ipse v.o secretarius tanquam praecipuo medio secreto adiuvabitur: unde sic se gerat, ut fideli integritate velut conceptaculum sit, quod audita custodiat, et suscepta non fundat.

7. Ulterius autem ad eius residentiam Domum Gen.lis destinamus, a qua ultra mensem absens esse non poterit, nisi Patri Gen.lis de Assistentium voto licen=tiam dederit.

8. Durabit in offit.o sex annos, quod scilicet inter unum, et aliud cap.lum Generale intercedat; qui vero intra sexennium electus fuerit, ad primum usque Generale

ca=

Capitulum excurret.

9. Desinere autem ab offit.° potest, sicut per simplicem cessationem expleto tempore; sic etiam per depositionem ob aliq.d crimen; nullo tamen modo, vel per simplicem amotionem, l, per translationem ad aliud munus, l, etiam per offitij renuntiationem.

Cap. 22.

De Procuratore Generali.

1. Gen.lis gubernatio, sicut mente, et consilio a Patre Gen.li, et Assistentibus dirigitur, ita vnius procuratoris studio, ac labore perficitur, qui quidem ad totius ordinis negotia Romę peragenda omnino necessarius erit.

2. His tamen qualitatibus insignitus, ut sollicitudine impiger, in agendo dexter, sagacitate velox, experientia doctus, prudentia cautus, negotia quamprimum optato euentu expediat; sit etiam moribus integer, ut virtutum exemplo, maiorem in expeditione vim habens adiuuetur, fidelitate prestet, ut secure in eo Religio conquiescat, animi fortitudine, et corporis viribus polleat, ne ob dificultates ab incepto desistat.

3. Impedietur autem ne quis possit, ad hoc munus assummi illis ipsis obstaculis, quę vt cęteris communia designauimus.

4. Electione a Gen.li cap.lo assumetur, duraturus in offitio toto sexennij spatio, ad aliud vsque, quod subsequetur capitulum: si tamen ob mortem, l, alia ratione, infra hoc tempus defecerit, alius infra mensem a Gen.li, et Assistentibus de nouo creabitur, duraturus in offit.° vsq. ad sequens Gen.le cap.lum; confirmari etiam poterit, si duę cap.li suffragiorum partes concurrant.

5. Sua munia erunt vniuersi ordinis negotia diligenter peragere, ex prescripto tamen Patris Gen.lis, cui etiam omnia referat, quę gesserit; nec vllo modo poterit, sine ipsius Generalis consensu, quidquam, etiam ad Relig.is bonum attinens procurare; et si aliter fecerit, sufficiens causa hęc erit, ut ab offit.° deponatur, iuxta

ea

iuxta ea, quę iam supra satis disposuimus.

Quodlibet ergo negotium, a quocumque, sive nostrum, sive aliorum nomine fuerit ei commissum, antequam illud suscipiat, ad Patrem Generalem simpliciter rem omnem deferat, Caeterum praeter eum nemo possit, sine speciali Generalis facultate sese vniversalibus negotijs immiscere.

6. Vt autem adiuvetur sotium habeat unum, qui domesticis ministerijs vel alijs offitijs implicatus non sit, et ad nutum ipsius Procuratoris presto adsit, quoties exire, vel quid aliud agere necesse erit; nihilominus tamen praetextu huius officij, nullo modo quidquam praelationis, aut privilegium sibi poterit vendicare, nihil inde, aut commodi, aut vtilitatis referre; residentiam Romę habebit, in ipsa domo Generalis; extra vrbem vero vltra mensem abesse, sine Generalis, et Assistentium voto non ei licebit.

7. Postremo quoad desitionem attinet, nullo modo per offitij renuntiationem, aut simplicem amotionem, sive et per translationem ad aliud gradum desinere potest, sed solummodo per simplicem cessationem, elapso tempore, vel infra tempus, per depositionem de qua supra.

Cap. 23.

De gubernatione Provinciali in vniversum.

1. Post Generalem potestatem, quę Religiosos omnes vbique gentium respicit: alia destinetur, oportet, quę multa loca, et ibi degentes Religiosos gubernet, Generali potestate inferior, illique subiecta, superior tamen locali; ac proinde velut medium, inter vtranque, illius quidem Generalis aliquo modo vices supplens: localem autem maiori quadam auctoritate dirigens.

2. Ergo vniversa nostra Religio in varias Provintias distribuatur, et singulis ipsis, quę videbuntur loca, atribuantur: Hanc tamen Provintiarum constitutionem, ac divisionem, sicut etiam atributionem locorum Generale capitulum faciet, cuius divisioni omnino stetur.

3.

3. Proinde in singulis provintiis, singulas habeat gubernat.s Prouinciales, et ipsa etiam Romana provintia suum habebit a Preposito Generali distinctum Provintialem, ac proinde Prouinciale regimen totum.

4. Vnaqueque porro domus, ac loca omnia, omnesque et singuli Religiosi, tam subditi, quam superiores, in qualibet provintia degentes, sue Prouinciali administrationi, eiusque potestati subdantur; excipimus duntaxat domum residentie Generalis, que semper a quolibet Prouincialis regimine exempta habebitur, et solummodo immediate subdetur, ipsimet Preposito Generali.

5. Hec denique Provintialis gubernatio, per suos gradus distinguetur, et in p.º Prouinciale capitulum erit; in secundo Prepositus Prouincialis, in 3.º Assistentes, in 4.º consultatio Prouincialis, in 5.º Secretarius, in 6.º Vissitatores, in 7.º duo Procuratores, qui ad Generale capitulum nomine Provintie designantur.

Cap. 24.

De Capitulo Prouintiali.

1. Totius provintie robur, vnitas, augmentum, custodia, ex provintialis capituli celebratione dependet, in quo sane depravata corrigi, supervacanea resecari, observantiam promoveri, facile semper erit, et ea propter illud in qualibet provintia serio celebrandum decernimus.

2. Et quidem, quoad ad tempus attinet, tertio quoque anno cogetur, ea ratione, ut bis intra sexennij spatium, quod inter vnum, et aliud Generale capitulum interponitur, celebretur; prima quidem vice post Santissimum Pascha, quod proxime ad Generalis capituli celebrationem subsequetur; 2.ª vice post elapsos tres annos

C.G. LL. D. 1. f. 53. ab ipso p.º Prouinciali capitulo celebrato; dies vero adventumque inchoandum, erit semper vbique feria 2.ª hebdomade secunde post ipsum sanctissimum pascha.

3. Sed et pro loco, sedeque capituli domum residentie Prouincialis destinamus.

4. Persone autem, que ad illud convenient, queque in eo ius suffragij habebunt, erunt Pater Prouincialis, quatuor eius Assistentes, Provintie secretarius, Prepositiones-

omnes quarumlibet domorum cuiuscumque generis, eiusdem Provinciæ Vice= C.G.9.D.14. f.24. et C.G.
præpositus, item domus residentiæ Provlis, etiam ad Provle capitulum Roma= 9.D.6. s. Peoû.
næ provinciæ Vicepræpositus Genlis, conveniant, item ad Provle caplum, visi= Illisqz f.30.
tatores illi, qui proximo ante caplum anno provinciam visitaverint, modo vi= C.G.10 D.43.
sitationum expleverint, quo circa re infecta per visit.e capli tempus supervenint,
statuimus, ut visitationem perficiant, ante sex menses, quam caplũ inchoet.
Denique singuli Procuratores singularum domorum, hoc intuitu destinandi ad
idem caplum venient, de quorum electione infra agetur; | Verum ex domo re= ide D.6.
sidentiæ, sive Genlis, sive Provlis constitui procurator, l, mitti non debet. Si
autem Præpositus quis, l, Vicepræpositus domus Genlis caplum adire non po-
terit, mittat eo quempiam ex patribus capitularibus decessivæ vocis suæ domus,
quem ipse volet.

Denique Pater Genlis capitulis Provlib., quæ intra fines Italiæ celebrant, (extra
.n. Italiam egredi nequit) poterit ad libitum interesse: nullatenus tn̄ quen-
piam suo nomine, sive ad capla Italiæ, sive ad alia extra Italiam mittere ei
licebit.

5. Iam vero præter hos, quos enumeravimus, nemo ad caplum veniat, nec
etiam Vicarij domorum, nisi capitulariter, ut Procuratores ad caplum eligan-
tur; neque ad civitatem, ubi caplum celebrabitur, quis accedere possit, nisi
Pater Genlis, l, Provlis, ex gravissima causa concesserit, et licentiam sua manu
scriptam dederit; qui sine huiusmodi licentia ne iverit, ipsiusmet capli arbitra-
tu multetur.

6. Officiales proinde capli, qui ad eius directionem, necessario requiruntur, hu-
iusmodi erunt, videlicet Præses, qui quidem, in pº. caplo, quod immediate,
post Genle cogetur, erit ipse Provlis, qui noviter in Genli caplo fuerit electus, l,
eo absente primus Assistens, in 2º. vero, qd peracto triennio celebrabitur, alius
denovo eligetur, nec ullo modo, ipse Provlis, hoc poterit munere fungi; si au-
tem in aliquo Genlis interesit, ipsemet præsidebit. Porro præter Præsidem, alius
de=

deputabitur, qui secretarius existat: Tres insuper causarum revisores, qui dubitationes ortas expedient, et causas referant.

Tres etiam, l. quatuor deputati, qui cum preside decernant, quę in capitulo proponenda, queque reijcienda erunt.

Quatuor denique definitores, qui cum Provinciali, et Assistentibus, Prepositos, et novitiorum Magistros eligant eiusdem Provintię.

Horum autem officialium autoritas, et munus, durante capitulo permanebit; quo absoluto cessabit, Eligentur autem per secreta suffragia, ex eorum numero, qui in capitulo convenerint.

7. Sed ulterius, quod attinet ad ordinem in Provinciali capitulo observandum, idem prorsus erit, quem supra pro Generali capitulo prescriptum tradidimus.

8. Autoritas vero diversa sit; quod quidem volumus, ut Provinciale capitulum, nihil statuere posit, quod novas leges, mores ve inducat, pręter cęterarum Provintiarum, mores, ac leges: nihil quod unam Provintiam in duas, plures ve dispertiat: nihil denique; quod constitutionem aliquam, l. observantiam, aut quęlibet aliam universalem legem, l. etiam Generalium capitulorum statuta, aut Prępositi Generalis ordinationes infringat, aut aliquo ~~alio~~ modo labefactet: ~~etiam~~, hęc n. omnia ad Generale capitulum spectabunt. Imo nec consultationis quidem pręteextu agere ei licebit de substantialibus instituti; qualia sunt ea omnia, quę in constitutionibus continentur. Cęterum potestas eius circa electiones, infra designandas versabitur; itemque ad ea stabilienda extendetur, quę legibus nris conservandis, et promovendis conferent. Denique omnia poterit, quę per has, et alias universales leges ei fieri, non prohibentur, verum omnino volumus, ut quę ab eo statuta fuerint; vim aliquam non habeant, donec consultationis Generalis confirmatio accedat, necesaria non erit in electionibus, quę fient.

9. De actibus autem tamquam in hoc capitulo peragendis in universum statuimus, ut omnia secretarius excipiantur, et in Provinciali libro capitulorum Provintialium lingua latina, et sessionum ordine conscribantur, Patrum subscriptionibus muniant,

et qui in una sessione pacti fuerint, in subsequenti.

antur, ex quibus insuper in fine capituli ordinare colligantur ea, quae fuerint ad observantiam promovendam constituta, et Genlis confirmatione praehabita, alijs publicari postmodum possint. Actus vero ad visitat.m et causarum iudicia spectantes, seiunctim in alijs chartis conscribantur.

10. Sed in particulari singulos actus disponentes, omnes, qui ad inceptiones, et praeambula expectant, ijdem proveniunt, cuius ijs qui in Genli caplo peragunt, eodem ordine, eodemque modo; excipimus dumtaxat abdicationem officij Provlis, et electionem praesidis, quae in p.o caplo fieri non debent, cum ibi Provintialis praesideat.

11. Adiungimus autem, quod praeses brevi sermone Patres ibi congregatos, ad ea cogitanda hortetur, quae ad Provintiae commodum, divini nominis gloriam, regulaeque observationem cedant. Et denique Patris Genlis (si abfuit) Litterae etiam aliae, etiam ab alijs ad caplum datae praelegantur.

12. Mox ad actus devenietur, qui ad prosecutionem attinent, et propter quos ipsum caplum est coactum; inter quos primus erit ordinationes efficere (si quae peragendae occurrunt) et alia disponere, quae possunt observantiam promovere, intra limites tamen suae, quam habet potestatis, de qua supra. Secundus erit causas iudicare, et praecipue, quae in visitationib. continent.

13. Vltimus erit electiones efficere, interquas p.o in ordine sit alicuius consultivi, ad vocem decesivam, electio, in eo tamen casu, in quo hanc eligendi potestatem caplo Provli concessimus, et eam supra cap. 8. huius 4.e partis praescripsimus.

14. Consequetur deinde per secreta suffragia eorum nominatio, qui a procuratoribus provintiae, ut elegibiles ad vocem, praesentandi eiusdem provintiae nomine, Genli caplo erunt. Verum haec nominatio non in primo, sed in 2.do Provintiali caplo fiet. C. 9. L. 3. D. 2. f. 62.

15. Vlterius autem in eodem 2.o caplo Praepositi Provintialis electio subnectet; hac tamen ratione, ut qui eligendus erit ex eorum dumtaxat n.o assumatur,

quos

quos Patri Gen̄lis devoto suorum Assistentium, ad idem Proûle caplum nominatos dederit, Volumus .n. ut hanc Proûlis electionem, hęc posita nominatio a Gen̄li pręcedat; nominatorum autem pręnominatio ab eiusdem prouintię Patribus peragenda. Ergo inprimis sex mensibus ante Proûle caplum electi, vt illi caplo interesse debeant, procuratoribus cuiusque domus, fiat pręnominatio hac ratione, ut Proûlis, eiusque Assistentes, Pręposti item domorum, Vicepręposti, visitatores, ac procuratores electi, quisque ex se duos Patri Gen̄li pręnominet, quos in ea Prouintia ad Proûle regimen aptiores credit; Verum ita secreto, ut nullo modo alijs quibusque hęc pręnominatio hostendatur, et quam quisque efficit, silētio inuslutam, in pectoris arcano reponat, et condat. Sed et scriptam sigillo claudat, et ad Patrem Gen̄lem mittat, a quo cum Assistentibus simul aperienda erit, et legenda. Quod si quis alius eam aperire pręsumpserit, ipso facto excommunicationis latę sententię pęnam incurrat.

16. Iam vero singulis pręnominationibus habitis, Pater Gen̄lis, cum Assistentibus ad plura suffragia nominationem ex pręnominatis faciat; sic tamen, ut si ij pręnominati plures sint, quam quinque, non minus quam quinque nominentur; sed ij tamen, qui in pręnominationibus plura suffragia habuerunt, nisi Patri Gen̄li, et Assistentibus constet, alios qui in eisdem pręnominationibus minora suffragia habuerunt, aptiores esse, in quo sane ipsorum conscientias oneramus, Si vero pręnominati, 5, quinque sint, vel minus quam quinque, illi ipsi a Gen̄li nominati mittantur.

17. Proinde nominatio hęc, qualicumque ratione fiat, subscribenda simul erit, ab ipso Patre Gen̄li, eiusque Assistentibus, ac secret.º et deinde clausa, et sigillo impressa ad caplum Proûle mittatur; nec vllo modo sub pęna excommunicationis latę sententię poterit, a quoquam aperiri, nisi dumtaxat in pleno caplo Proûli, vbi coram omnibus congregatis a capituli secret.º pręlegat, et hoc modo publicat.ª facta nominatorum, procedatur, ad electionem Prouintialis, quę omnino ad ipsos nominatos arctabitur, nec extra eos alius eligi

eligi possit; alioquin ipsa electio inualida prorsus erit: quod si infra diem ab ipsa nominatorum publicat. neminem ex nominatis elegerint, is electus legitime ipso iure habeatur, qui in nominat. Patris Generalis primus erit conscriptus.

18. Sic autem Prou.lis electione peracta, consequenti ordine quatuor Prouintialis Assistentes eligantur, et poterunt etiam omnes confirmari; fiat autem huiusmodi siue electio, siue confirmatio, tam in primo, quam in 2º. cap.lo. Et in pº. quidem statim post nominationem eligibilium ad vocem; in 2º. vero post electionem Prou.lis, ut dictum est, Assistentibus autem electis, eligetur deinde prouintię secretarius.

19. Sed fiet pręterea in 2º. cap.lo electio duorum Procuratorum, qui nomine Prouintię simul cum Prou.li Gen.le cap.lum adeant, et simul etiam duo alij Patres eligantur, qui eorundem Procuratorum substituti vocentur, et existant, ut si forte procurator quis, l. morte, vel alia ratione defecerit, eius locum per substitutum, antiquitatis ordine seruato suppleatur.

20. Postmodum quatuor definitorum electio peragetur, qui cum Prouintiali, et Assistentibus definitorium ingressi, Pręppositos, et nouitiorum Magistros eligant, volumus. n. ut ab ijs dumtaxat nouem viris, ex quorum nº vnus constituetur, definitorij secretarius, huiusmodi Pręppositorum, et Magistrorum electiones compleantur, quibus expletis in pleno cap.lo alijs Patribus publicent.

21. Postremo actus, qui ad cap.li terminationem attinent, illi ipsi in Prouintiali cap.lo fiant, quos iam supra pro Gen.li conscripsimus.

22. Sed vltimo tandem loco de cap.li duratione, et terminatione statuimus, ut quam primum expediatur, non tamen ad libitum Prou.lis, sed ad maioris partis assensum. Terminabitur autem ritibus, et ceremonijs, qui in libro de ritibus habentur; mox in suam quisque domum commigret.

Cap. 29. De

210. De Preposito Prouli.

1. Totius Prouintię regimen extra tempus capli vnus sibiere debebit, qui Prepositus Prolis vocabitur, cui omnia eius prouintię loca, et personę speciali obedientia subijciantur oportet.

2. Eius qualitates, ut ad hoc munus assumatur, requisitę erunt, ętatis maturitas, vitę integritas, morum probitas, experientia, scientia, et doctrina, et ęqui etiam esset, si antea supr. localis extitisset, l, aliud officium exercuisset.

3. Impedimta. ei obstabunt, quę in communi prescripta, cęteris obstacula prebent.

4. Proinde eius electio tpe capli Generalis ab eodem caplo fiet, sed triennio elapso a Prouli capitulo peragetur; interim si ab officio defecerit, siue intra primu, siue intra secundum triennium, sufficietur alius, et denouo creabitur, a Generali, de suorum Assistentium voto.

5. Porro Prouintialis auctoritas iurisdictione, in singula suę Prouintię loca, et personas constabit, et omnia facere poterit, quę per has constitutiones, si facere non prohibentur, et quę Patri Generali non reseruantur; poterit autem ipse Generalis Prouintialibus regionibus longinquę ampliorem auctoritatem, de sua quam habet, ad libitum impertiri, prout locorum, et personarum ratio exposcet; ita tamen ut quę Generalis facere non potest sine Assistentium voto peculiarem in illis auctoritatem sine eorundem consensu non concedat.

6. Pręterea vero munia, et actus a Prouli exercenda in eo posita erunt, ut prouintiam sibi commissam ad legum nostrarum normam dirigendo gubernet; et idcirco vbi primum quis prouintialis electus fuerit, per omnes suę Prouintię domos, et collegia mentis oculos circumferat, ac pro suscepti muneris offit.o in eam curam incumbat, ut singulorum administratio locorum recte fiat; et tandem quę munia in vniuersa Religione Genlis exercet, ea ipse in sua prouintia prestet.

7. Ad hęc medijs illis iuuabitur, quę supra in communi disposuimus, et quam maxime etiam proderit, si Generali deferat, et eius, ac etiam localiu

Supe-

Superiorum suę Prouintię auctoritatem apud subditos tueatur; si oborta mala statim in initio eradicare conetur; si sollicite animum ad Religionē aplicet; si omnes paterna prou.ᵉ complectatur; si suo tpe seueritatem cum benignitate misceat, et huiusmodi alia, quę ad regimen promouendum conferunt; quę quidem omnia toto nixu arripere, et opere ipso cōplere debebit.

3. Iam vero ad Proulis residentiam, designatus locus ea domus erit, quam Proule capitulum destinauerit, atq in ea sup.ᵒʳ localis, viceprępositi nomine appelletur; sed licet ordinarie ibi degere debeat Proulis, congruum tamen erit, ut singula loca totius prouintię quandoq inuisenda percurrat; Id q.ᵈ pręcipue visitationis tpe opportune efficiet, prout infra dicetur, cum de visitatoribus agetur.

Cęterum extra prouintiam nequaquam egredi poterit, neq ad paucos dies, nisi tres saltem Assistentes consenserint, et tunc ne proui.ᵃ suo careat capite, remaneat consultat.ᵒ Proulis ex Assistentibus, et secret.ᵒ constans, qui omnes in ea suis suffragijs habebunt, et negotia expedient, prout de consultat.ᵉ Genli in absentia Genlis pręscripsimus, quę enim ibi dicta sunt, hic aplicari debebunt. C. G. 14. D. 2. f. 72. Const. pars 4. C. 18. f. 296.

Postremo de Proulis durat.ᵉ ac desit.ᵉ statuimus, ut duratio quidem per triennium percurrat; ita tamen ut qui in caplo Generali ad primum triennium sit electus, in Prouli caplo ad alterum triennium confirmari nō possit; sed alius de nouo, ea quę diximus rat.ᵉ eligetur.

Desitio autem omnes complectitur modos supra in communi dispositos, pręterquam simplicem amotionem. Sed vero quacumq rat.ᵉ ab offitio intra triennium defecerit, alius a Patre Genli, eiusq Assistentibus infra tres menses de nouo creetur, qui in offitio perduret, ad aliud usq quod subsequetur, siue Genle, siue Proule caplum. Interim vero Proulis, Assistens primus Proulis vices eadem potestate subeat, et prouintię secret.ᵒ in eiusdem Assistentis Locum subintret.

Cap.

Cap. 26.

De Prouintialibus Assistentibus, ac Secretario.

1. Vt in suo regimine Praepositus Prouincialis, tum consilio, tum opere adiuuet, Assistentes etiam, ac secretarius necessarii tribuentur.

2. Et Assistentes quidem numero quatuor erunt.

3. Quorum electio in Prouinciali capitulo ad triennium fiet, a quo etiam poterunt confirmari; si vero infra illud triennij spatium, quis eorum aliqua ratione ab officio defecerit, alius in eius locum infra mensem de nouo creabitur, a Prouinciali de suorum 1.
Assistentium, et secretarij voto, et interim ipsemet Secretarius, eius qui deest, subeat vices; qui vero fuerit de nouo creatus in officio perdurabit ad sequens usque Pro- 2.
uintiale capitulum.

4. Eorum residentiae illa domus destinata intelligatur, quae fuerit ad residentiam Prouincialis
C.G. 9. d. 16. deputata; ibique apud eum maneant, et continuo ei assistant, nec ultra mensem
f. 25. C.G. 10. sine graui ratione, et Prouincialis, aliorumque Assistentium licentia, quis eorum 3.
d. 16. f. 39. abesse poterit; sed etiam si absens sit, siue infra, siue ultra mensem, statim reuertatur, et interim secretarius eius vices agat; et si alium Assistentem eodem tempore abesse contingat, primus consultor eius domus in eius locum subrogatus habeat.

5. Denique eorum Assistentium qualitates, impedimenta, auctoritas, munia, 4
ac ea quibus iuuantur media eadem omnino sint, ac ea quae de Generalis Assistentibus praescripsimus proportione seruata.

6. De eorum autem desitione nihil aliud addendum esse censuimus, praeterea, quae de desitione sanciuimus in communi.

7. Iam vero quo ad Prouintiae secretarium attinet, eius quidem qualitates, et impedimenta eadem sint, quae secretarium Generalem attingant.

8. Eius electio in capitulo Prouinciali ad triennium peragetur, a quo etiam poterit confirmari; infra triennium si defecerit, a Prouinciali, et Assistentibus alius infra mensem eligetur ad sequens usque Prouinciale capitulum. 1

9.

Residebit in ea Prouinciali domo, nec inde vltra mensem sine Prouincialis, et Assis=
9. tentium voto abesse ei licebit.

10. Munia, quæ præstabit eadem erunt, proportione seruata, quæ Generali secretarijs incumbunt.

Denique desitionem ad communes modos iam descriptos reuocamus.

Cap. 27.

De consultatione Prouintiali.

1. Sicut ad regimen Generale Generalis consultatio necesario adhibetur, ita eadem ratione Prouincialis administratio Prouincialem consultationem exposcit.

2. Quæ his personis constabit, Prouinciali scilicet, Assistentibus, et prouintiæ secret.º quamuis ius ibi suffragij Prouinciali, et Assistentibus solummodo competat; secret.º autem non nisi in casibus expressis; et in expressis etiam casibus primus consultor Localis eiusdem domus in ea ingredietur, et ius suffragij feret. C. G. 9. D. 16 f. 25. et C. 10 D. 16 f. 39

3. Instituetur proinde quoties Prouincialis aliquid de Assistentium voto decernere, scilicet teneatur, scilicet ad libitum vellet. Sed vero sine eius auctoritate conuocari non poterit, nisi forte in absentia Prouincialis a prouintia, et in eiusdem defectum, ob mortem vel aliam causam, ut iam supra decreuimus. C. G. 10 D. 16. f. 39.

4. Potestas autem, scilicet auctoritas huius consultat.ⁿⁱˢ plena erit, et absoluta, quæ in prouintia extra tempus capituli esse potest, et omnes tum personas, tum domus eiusdem prouintiæ attinget.

De actibus tandem, qui in ea peragentur, iam supra de actibus in communi, tradidimus leges.

Cap. 28.

De prouintiæ visitatione, ac visitatoribus.

1. Obseruantia regularis efficacij potestate subsistit, si visitationis præsidia in quolibet Prouinciali regimine statuantur; his n. facile errores abigentur, virtutes inserentur, disciplina vigebit, et quod a recto deuiare contingat, ad regulare deduci poterit iter.

2.

2. Ergo singulis annis, singulę provintię visitentur, et in earum quamlibet, bini visitatores deputentur, quotanis a Patre Prouli, de Assistentium voto eligendi; nisi forte ipsemet Prouli, pr.o vel 2.o anno per se visitare voluerit; tunc.n. eius anni visitatores constituendi non erunt; sed satis erit, si secum Prouli alium adhibeat, qui secretarij munere perfungatur. Omnino tamen ultimo anno ante Prouale caplum a b alijs visitatoribus constituendis visitatio peragatur. Sed et insuper ultimo ante Genle caplum anno adire debebunt, visitatores ipsi iure existant, nec ab alijs visitatoribus de novo constituendis, neq a Prouli eius anni visitatio poterit aliquo modo expleri.

C.G. 13. D. 1. f. 62.

Procuratores Curię, qui ad id G.le Cap.

3. Proinde his qualitatibus prediti sint, oportet, qui visitatores eligi debent, nimirum maturitate, et experientia, scientia, charit.e Religionis, et observantię zelo, morumq integrit.e ac probitate vitę.

4. Impedimenta autem, quę communiter alijs obstant, eorumdem promotioni obstabunt etiam.

5. Cęterum de visitatorum auctoritate decernimus, ut in ordine ad se ipsos potestate sint pares, adeo ut alter sine altero nihil facere possit, et ideo provintiam una visitent, Antiquior tamen tum loco, tum rerum execut.e precedat. Ubi autem inter eos dispar sententia fuerit, eorum arbitrio alter eligatur, ex capitularibus eius domus, qui cum ipsis rem omnem decernat. Verum unius cessabit autoritas, ubi visitanda erit domus, cuius sup.r in pr.o vel in 2.o consanguinitatis gradu sit illi visitatori coniunctus. et Prouli cum Assistentibus de altero visitatore provideat. Idipsum fiat, ubi visitatorem alterum de altero oportebit cognoscere.

C.G. 11. D. 10. f. 58.

De auctoritate vero in ordine ad domum quam visitãt, in primis in eius gubernat.n ullo modo se ingerant, et quoad regiminis iura, ut hospites habeant. Circa ea vero, quę ad visitationem attinent, plenam habebunt potestatem, nullam tamen omnino in Prouli personam cui potius subditi in omnibus erunt; quamvis ultimo anno ante Genle caplum, Procurat.es provintię (qui quidem ut dic=

ut dictum est visitatores erunt) excipere poterunt, quę contra ipsum Provintialem forte denuntiabuntur, ut ea ad Genle caplum referant; sic tamē ut in eum nihil prorsus potestatis habeant.

6. Iam vero quoad loca visitanda, volumus, ut omnes prouintię domg cuiqcumq generis existant, visitentur. Verum domus residentię prępositi Genlis nequaquā a Romanę prou. visitatorib, nec etiā ultimo anno ante capitulū Genle potterit visitari; sed solummodo ab ijs, quos spectatim, P.r Genlis singulis annis ad eam visitandam deputauerit.

7. Ut autem integre, et facile visitat.ii Visitatores munia compleant, inter alia media eis maxime proderit virtutum exempla, quibus potius, quam verbis aliorq defects corrigere debēt; et ideo caueant, ne munuscula a Relig.is aut consanguineis ipsorum opera erogata, et procurata accipiant: communi victu a die tertio postquam aduenerint, sint contenti; adiutorem, qui secretarij munus obeat, in visitationibus actibus conscribendis nequaquam habeant, sed ipsimet alternatim id operis pręstent.

8. Porro de visitat.ii tpe, decernimus, ut ult.o anno ante Prouli, l, Genlis capli, celebrationem, visitatio omnino compleat, ante sex menses quā ipsum caplum celebret; cęteris vero annis, qđ Proulē videbitur. Sed caueant visitatores ne multū spatij in cuiuslibet visitat.e insumant, sed conent, quā citissime se expedire, et ea propter octo dies in ea perficienda non excedant, adeo ut his diebus elapsis, omnino cesset ipso iure visitatio ordinaria; qđ si pro aliqua peculiari causa, Patri Genli, l, Prouli cum suis Assistentibus visitatio peragenda videbitur; tunc ut delegati, et particulares, et non ut ordinarij visitatores habendi erunt.

9. Sed iam ad actus transeamus, et ad rationem procedendi, quib, quęlibet visitat.o perfici, et compleri debebit, et inprimis statim, atq domum visitandam adierint, visitationem agrediant, et Sup.em ac Relig.os (excepti nouitijs, qui nondum professionem emisserint) in quem placebit locum conuocent, et ibi

coram

coram omnibus patentes litteras sui offitij legi demandent. Tunc antiquior visitator sermonem ad eos habeat de rebus agendis brevem; moneat omnes, ne odio vel amore ducti, quae dicenda sunt, taceant; aut contraria iam emendata, et silentio premenda (ut praecipue sunt ea de quibus fraterna correctio non praecesserit, ubi praecedere debuisset) producant. 15

10. Inde visitationem a rebus sacris auspicentur, et diligenter inspiciant, quo nitore, qua decentia Ecclesiae cultui intendatur.

11. Postea reliqua prosequantur, quae ad regularem disciplinam attinent,

Religiosos ac singulos in peculiari domus loco accersant, ac prudenter ab eis statum domus investigent, et praecipue, an regulae, et constitutiones exacte serventur; An cultus divinus incrementum habeat, an paupertas, obedientia, oratio, chorus, concordia, pax, silentium, culparum in Refectorio professio, et caeterae mortificationes, ac circulares penitentiae vigeant, an infirmi debita charitate curentur; quomodo novitij rite educentur. Quomodo studia scolastica ferveat. quomodo charitas cum proximis, tum in sacramentis ministrandis; tum in verbo Dei exhibendo, tum etiam in reliquis vitae activae munijs exerceatur, et huiusmodi caeterae interrogationes pro loci, et personarum ratione prudenter fiant; verum quae parvi momenti sunt, nullo modo scribant, neque scripto tradita suscipiant.

12. Post haec, singulorum cellas, officinas, suppellectilem visitent, nec aliquid ibi patiantur, quod nostro instituto minime congruat, videant, et diligenter inspiciant, num ibi munditia servetur, et serio provideant, ne aliquo modo paupertas nostra

C.G. 11. 8. 9. f. 57. sordibus deturpata iaceat.

13. Praeterea accepti, et expensi, rationes accurate supputent, eisque subscribant.

14. Tandem exploratis omnibus res leves ipsi per se corrigant, nec eas Provinciali, aut capitulo renuntient; quae proinde occulte indigebunt correctione, occulte admoneant; si quid grave (quod Deus avertat) compererint, cui quamprimum remedium adhibere oporteat, et res ad Provincialem tam cito deferri non possit, auctoritate utantur sua; antequam quidquam exequantur, cum consultoribus, aut certe cum Praeposito.

prout

prout rem censebunt postulare communicent, postea referant ad Prouintialem, ut sciant.

15. Omnia vero visitat.^is acta ordinateque disponant, ipseque uterque visitator subscribat; et conuocatis omnibus sermonem apud eos habeant, ubi vniuersaque probent, aut improbent, quæ eis prouida consult.^e videbunt; et hoc modo visitationi finem imponant. ea porro visitat.^is acta ad Proulem deferant, qui cum suis Assistentibus, illis perlectis, remedia opportuna, ubi opus erit, adhibeant. verum Procurat.^es prouintiæ, qui visitat.^em ultimi anni, ut dictum est, efficient, etsi eius acta ad Proulem defferre debeant, nihilominus tamen, quæ contra ipsum Proulem denuntiata, seu deposita fuerint, secreto apud se retineant, ut ea simul cum alijs actibus eiusdem visitationis ex originali transcriptis, et authenticatis Genli caplo presentent. Cæterum siquis visitatoribus, aut iudicib, in scriptis falsum denuntiauerit, pœna talionis mulctetur.

16. Vltimo decernimus, ut visitatores itinerum impensas, e domibus, quas visitauerint, petant.

Cap. 29.

De Prouintiæ Procuratoribus, qui ad Generale Capitulum destinantur.

1. Cum Genle capitulum ad vniuersale Relig.^is regimen ordinatum ex singulorum Prouintialium Patribus sit cogendum, ne multitud.^e nimia obruatur, iure congruum duximus, ut tres tantum nec plures ex qualibet prou.^a cogerentur, videlicet Pater Proulis, ac duo prou.^æ procuratores.

2. Porro, ut quæ attinent ad Procurat.^es tradamus, inprimis has in eis qualit.^es exposcimus, ut digne possint ad hoc eligi munus, nempe Religionis status notitiam, obseruantiæ zelum, experientiam, scientiam, doctrinam, ut eorum sententia, consilium, ac voluntas, maximum in caplo pondus habeant.

3. Sed ne eligi possint, communia impedimenta iam descripta obstabunt.

228.

4. Eorum autem electio in 2º. Prouli caplo fiet, triennio antequam Generale
C.G.13 D.2.f.62. celebretur, ibiq; simul duo alij eligentur, qui substituti existent, ut ubi Procurator aliquis Prouis, l. morte, vel alia ratione defecerit, eius vices alterutro ex substitutis suppleantur.

5. Autoritas proinde eis nulla inerit, donec in Genli caplo simul cum alijs fuerint, et ideo in omibus semper subditi permanebunt, ac si ad id offitium non fuissent electi.

6. Ex præcipuo munere tenentur, antequam ad caplum veniant, omnia, quæ ab eius prou. Religiosis, scripto, l. verbo traduntur, ut in caplo proponant, fideliter excipere; ideoq; sex mensibus antequam iter arripiant, singulis ad eos sine supr. licentia scribere licebit, nec litteræ datæ poterunt ab aliquo, etiam Prouintiali aperiri, aut legi; et eodem tempore, ipsi etiã ad quoslibet Religiosos sine licen-
C.G.11. D.10. tia scribere poterunt; ex proprii insuper offitij munere tenentur, ult. anno, ut
f.58. dictum est, Prouintiam visitare; tpe autem congruo ad capitulum venient, atq; itineris impensas a tota simul Prou. exposcant. Proinde in caplo negotia prouintiæ humiliter proponant, nec ita in eam ppendant, aut Relig. vniuersæ bono consulere negligant; eos n. non vnius prou. duntaxat, sed totius Relig. velut Patres in caplo esse oportet; itaq; omibus prouida circunspect. intendant.

7. Sed ut complete sui muneris partes exequi possint, tamq; efficax medium frequentem constitutionum, et aliarum legum nrarum lectionem arripiant; quare toto trienni spatio, huic studio incumbant, ut sic in iure nro eruditi, ad certum scopum sua in caplo consilia dirigant.

C.G.9. D.14. Cæterum eorum munus, absoluto caplo desinet; et desinere etiam potest,
f.24. antequam ad caplum veniant, iuxta leges traditas de deint. in communi.

Cap. 30.
De gubernatione locali in vniuersum.

1. Localis gubernatio, quæ cæteris inferior immediata potest. Relig. iura exercet, in omi

in omni domo, et collegio nræ Religis instituenda neces.º erit, nec ullo modo aliqua domus esse debet, quæ sua locali administrat.º non regat.

2. Proinde qui in uno loco degunt Religiosi, omnes eiusdem loci regimini immediate subdentur; ipsum autem locale regimen, ac eius loci personas, gubernat. Prouli, et Genli subijcimus; ad hæc ut rite ordinetur, his gradibus distinguatur, oportet, prout etiam supra in principio diximus. Primus in quo locale caplum statuetur; secundus in quo Præposit9; 3.º in quo vicarius; quart9 in quo præses, 5.º in quo consultores locales; 6.º in quo secretarius; 7.º in quo localis consultatio; 8.º in quo Procurator electus, qui ad Proule caplum destinat.; 9.º denique in quo nouitiorum Magister in nouitiatibus coniunctis.

Cap. 31.

De capitulo locali.

1. Cogetur hoc caplum in his casibus, in quibus eius assensus ex legũ nrãr præscripto requiritur; ipsum vero cogendi auctoritas penes præpositum erit, sine cuius licentia nequaquam legitime coactum intelligetur.

2. Personæ, quæ ipsum ingredientur, quæque in eo ius suffragij habebunt, erũt singuli caplares eius loci, siue decisiui, siue consultiui, omnesque ingredi, et interesse teneant., nec aliquis sine iusta, et graui causa rat.º abesse posit, qui vero in ea domo capitularis, sed hospes degerit, in eius loci caplo ius nullum habebit, nec illud ingrediet., nisi forte vnanimiter ab alijs caplarib9 decessiuis fuerit ibi admiss9. Quod autem celebrabit. in illa domo, quæ Genlis, l. Proulis residentiæ est deputata, in eo Genlis ipse, l. Proulis ad libitum ingredi poterunt, prout eis magis expedire videbit., eoque tn Assistes ingrediant., et intersint, ut reliqui, sicut etiã secret.º, et Procurator Genlis, ac secretarius Proulis. C. G. 10. D. 17. f. 40.

3. Cæterum sicut omnibus, et singulis, siue decesiuis, siue consultiuis capitularib9, qui in domo ut assignati conuiuunt, locale caplum constare debet, ita insuper non minus quã ex trib9, illud legitime consistet, oportet; et ea propter duos saltem

caplares decessivi suffragij, praeter Praepositum in vnaquaque domo assignentur; quod si quaedomus tales non habeat, totidem Patres consultivi suffragij antiquiores primi sufficiant, atque hi in caplo locali, decessiuum suffragium ferant; si vero vnus dumtaxat decessiuus, praeter Praepositum adsit, vnus solummodo, alius antiquior consultiuus vices decessiui suppleat; sed id totum, quod de consultiuis statuimus, seruari debebit, usque dum ad eam domum decessiui caplares, et assignati aduenerint; tunc enim ipsi consultiui mutuatum veluti ius relinquentes deponent.

4. Iam vero praeses in hoc caplo, Praepositus ipse erit, nihilque in eo sine eius licentia, et consensu, vel proponi a quopiam, vel tractari poterit.

5. Circa vero actus peragendos, seruentur omnia, quae iam supra de actibus in communi sunt praescripta; in particulari autem adiungimus, ut in dicendis sententijs, et suffragijs ferendis, primo caplares consultiui, deinde decessiui dicant, Praepositus autem libere quidem dicere, quod ipsis libebit, sinat; ij vero neque cum Praeposito, neque inter se, immodeste, morose, pugnaciter se gerant, et qui ausus fuerit, in eum ab ipso Praeposito animaduertatur; quod si visum fuerit, arcendus a congressu cum caeteris caplaribus, res a Praeposito cum eisdem agitata, ad Provincialem deferat, eiusque responsum expectetur, et nihil interim praepositus exequatur.

In dicendis sententijs 1° Caplares Consultiui dicant.

Cap. 32.

De Preposito locali.

1. Singulis nostrae Religionis domibus cuiuscumque generis existant, singuli superiores, qui Praepositi appellentur, ad eas immediata potestate regendas praeficiantur; hi vero, qui in domibus residentiae Generalis, et Provincialis deputantur, vicepraepositi nominentur; in nouitiatibus autem separatis, qui nouitiorum Magister eligetur, eius loci Praepositus erit; de quo tamen hic non agimus, cum supra quae ad eum attinent praescripserimus.

2. Porro ut valeat quis ad hunc Praepositi gradum assumi, has in eo qualitates requirimus, ut videlicet instituti proprij obseruator existat; Religionis zelo ferueat, doctrina praestet, sermonis gratia polleat, et saltem sciat competenter verbum dei propo-

proponere; et deniq talis, qui verbo, et exemplo preesse possit, et omnibus speculum, ac formam disciplinæ se præbeat, quiq chorum, mensam, communes operationes laboresq subire facile queat.

3\. Impedietur tamen hæc eius promotio, per communia, quæ apposuimus obstacula.

4\. Electio vero complebitur, quæ quidem fiet in Provinciali capitulo ad triennium; infra quod tempus, siquis Præpositus vel per mortem, vel alia desinendi ratione deficiat, alius infra mensem eligetur, (duraturus in officio sequens usq Provinciale capitulum) a Provinciali de Assistentium voto; et interim vicarius eius vices agat.

5\. Iam vero Præpositi auctoritas, iurisdictio constabit, in omnes, et singulos Religiosos in ea domo commorantes, et quidem plena, et absoluta erit, subiecta tamen, et subordinata Provinciali, ac Generali potestati, omnia poterit, quæ ei per nostras leges fieri, non prohibentur, vel quæ Provinciali, aut Generali, sive etiam locali capitulo, aut locali consultationi non reservantur.

6\. Sed ulterius Præpositi munia erunt, pastoris simul, et custodis partes implere; coram subditis laudabilium operum exempla præbere, assidua vigilantia, quos habet commissos contemplari, singulis necessaria corporis, et animæ providere, infirmis curandis, infatigabili charitate intendere, pusilanimes roborare, desolatos, et tristes consolari, omnes pietate Patris complecti; defectus tamen, et errores, correctionibus, et pœnitentijs, quando opus erit resecare, regularum deniq observationem omni studio promovere; et ea propter interdum, de quotidianis erratis colloquatur, et subditos verbo Dei pascat, et alat. Præsertim vero intelligat, sui etiam muneris esse erga Generalem, et Provincialem obedientiam, et reverentiam, in subditis non verbo solum, sed etiam exemplo confovere, demum si eum prædicare contingat domum nihilominus curet.

7\. Ad quæ omnia rite præstanda, præter communia, quæ iam descripsimus, media, hæc etiam alia maxime ei proderunt, videlicet, si occupationes omnes devitet; et eas, quæ circa temporalia ministeria minoris ponderis, a suis quæque officialibus peragenda versantur: quamvis eis superintendere, et quod libuerit

agere

semper poterit; si exercitijs communibus, nisi grauiter impeditus, semper interit, si communi mensa, communi victu, communi vestitu utatur, si orationibus subditos apud Deum adiuuet, et spiritum eis, ut perfectioni intendant, vires sibi, ut regiminis onus subeat, impetrare conetur; si dilligentem, et solicitum sibi constituat vicarium: si in rebus grauibus consultorum consilia adhibeat, si denique singulis ministerijs, idoneos coaptet ministros.

8. Cæterum quoad Præpositi durationem, et desitionem attinet, inprimis ad triennium, (ut dictum est eligetur) et hoc toto temporis spatio in officio perdurabit; sic enim melius Religionis bono consulletur, et domus constanti regimine dirigetur; Verum ne ipsi Præpositi administrationis onera, laboresque eo tempore continuo cursu grauia sentiat, eisque sucumbat (immediatæ enim potestatis regimen laboriosum censemus) huic humanæ imbecilitati prospicere volentes, sancimus, ut singuli Præpositi cuiuscumque domus (præter quam Præpositus nouitiatus separati, de quo iam suo loco peregimus) in fine cuiuslibet anni eiusdem trienni, quod percurrunt, ad Prouincialem de statu suæ domus scribentes, propriam ei imbecilitatem fateantur, atque simul præpositturæ onus sponte, et libere in sciptis renuntient, et quod in Domino ipse salubriter expedire, et Religionis bono magis congruere noscet, exequatur, sed vero renuntiatione habita, si Prouincialis eam aceptare nolit, ipse solus, hanc non aceptandi facultatem habeat; si vero acceptare velit, id quidem ex se non poterit, sed omnino Assistentium, et secretarij Prouintiæ, necnon et aliorum duorum decessiui suffragij Patrum, ab ipsiusmet Prouinciale, Assistentibus, et secretario ex eadem residentiæ prouintialis domo eligendorum, vota tenebitur adhibere, et cum ipsis simul ad plura suffragia rem decernere. Decernentes insuper ut non faciles, neque festinanter huiusmodi renuntiationes admittantur, nisi raro et grauissima causa vrgente; in quo sane eorum conscientias grauiter oneramus, sed et quæ acceptæ fuerint, volumus, ut Prouincialis capitulo præsentent, et cur eas amisserint, rationem reddant,
mo Idemque acceptandi modus obseruetur; si infra annum Præpositus renuntiare velit, Denique nisi renuntiatio acceptetur, alius de nouo Præpositus, qui ei in officio

succedat

succedat, nequaquam eligi poterit.

Alijs tn modis quilibet Prepositus desinere potest, de quib. iam supra peregimus.

9. Sed que actenus de Preposito dicta sunt, eadem de viceprepositio domorum residentie Genli, et Prouli statuta esse intelligantur. Volumus n., ut quamuis viceprepositi nom. appellent, in omib. tn velut Prepositi existant, et eandem quam ipsi ordinariam potestatem habeant; ita nihilominus Genli, l. Prouli subordinatam, et eam ad libitum limittare semper possint. Veruntamen Viceprepositi duratio unius anni spatio concludetur, ad annum n. nondeputari debebit, sd in eodem offit. singulis annis poterit confirmari; eius etiam promotio, l. confirmatio ad libitum vnius peragetur, ut cap. 10. diximus.

10. Vltimo tamen loco, si contingat Prepositum, l. viceprepositum in aliena domo, ad negotia peragenda degere; volumus, ut nullo modo eius loci preposito subdatur: Immo vrbanit. gratia ipse sup. hospes, loci superiorem precedat, a quo solummodo socium petat, cum exire debebit, nō tn licentiam, et benedictionem.

Cap. 33.

De Prepositi Vicario.

1. Non solum Prepositus, qui plena potestate preest, singulis domib. perficiendus necess. erit, sed alter etiā substituendus, qui vicarij nom. appellat. iuxta traditam sibi, ab ipso Prep. facultatem, eius vices agat, eumque in suo munere adiuuet.

2. Proinde ad hoc officium non dabitur electio, sed Prepositus ipse ad libitū, quem voluerit ex decessiuis capitularib. sue domus deputabit; ita tn ut has qualitates habeat, nempe ut sanus sit, et viribus corporis prestet, quib. onera possit, exercitia communia frequentet, charit. erga omnes polleat, obseruantie Zelo ferueat, dexterit. in agendo vigeat, et talis deniq. qui omnimodam dependentiam a Preposito habeat.

3. Obstabunt autem ei, ne deputari possit, impedimta communia, et precipue illud de diuturna corporis egritudine.

4. Ad hęc vicarij autoritas nulla erit, nisi duntaxat, quam ei Prępositus impartiri voluerit; sed eam sane, sicut ad libitum communicare, ita et quocumque tempore limitare poterit, aut auferre: unde mutuato, veluti lumine splendebit, alienisque viribus innitetur; at sibi inc innullare se ingeret, nisi ad Pręp. positi pręscriptum, a quo in omnibus dependere tenetur; nihilominus tamen absente Pręp.o eius vices agat, sed ita ut in quibus fuerit ab ipso Pręposo. l, limitata, vel ablata potestas, in illis autoritatem non habeat; si v.o absente Pręposito, quid urgens accidat, ut ipse Prępositus nequeat expectari, tunc de voto consultorum provideat, l, si localis capli convocationem res postulabit, illud convocet, et omnia efficiat, ac si Pręposo. ibi adesset, cui tamen redeunti omnia referantur. Cęterum sive pręsens, sive absens Prępositus sit, semper peculiarem locum vicarius habebit, qui immediate post pręp. positum, et visitationum tempore, post visitatores erit.

5. Sed iam ulterius munia vicarij pręscribamus, quę quidem, et si ex tradita sibi a Pręposo. autoritate pensari, aut deduci debeant, pręcipua tamen rat.e hęc ei incumbunt, videlicet, ut omnibus superintendens, omnibus provideat, et expensarum curam ad Pręp.ti pręscriptum suscipiat, et singulis pia charit.e occurrat, ut offitinas sępe visitet, et quid in eis agatur, conspiciat, et quod inordinatum ibi compererit, emendet, ut offitiorum ministerialium regulas sępe legat, easque a Ministris observari faciat, et eum qui noviter ad aliquod domesticum ministerium deputatur, eum de rat.e illud exercendi instrui curet, ut omnia loca domus circumspiciat, et quomodo res se habent, observet; ut horarum mutat.e animadvertat, et omnia, ut suo tempore peragantur, disponat, ut pęnitentiary circulo pręcipua ratione intendat, ut exertitia quotidiana, hebdomadaria, et annua ordinate in unum collecta habeat. et ea suo designato tempore peragere curet, domus ut munda sit, ianua ut suo tempore claudatur, et aperiatur, et huiusmodi alia, ut rite exequantur, vigilanter atendat. Pręsertim fratres laicos peculiari benevolentia prosequens instruat, doceat, moneat, eisque de omnibus provideat, curamque pia charit.e gerat, Denique reverentiam, et observantiam subditorum erga Pręp.positum, tum verbo,

tum

tum exemplo promouere, et Præpositum ipsum in omnibus adiuuare, et quæ ipse commiserit prompta obedientia complere, sui etiam muneris partes erunt.

6. Sed ut in omnibus possit vicarius adiuuari frequenti communicatione cum Præposito utatur, leges nostras sepissime legat, et alia arripere media conetur, quæ ad suum munus conferre dignoscet.

7. Iam vero vicarij duratio in offitio ad annum exocurret, ad hoc spatium deputabitur, quo tamen elapso confirmari adhuc ad Præpositi libitum poterit.

8. Eius desitio omnes complectitur modos, quos supra in communi præscripsimus, eaque ibi statuitur ratione.

9. Addimus autem, quod ubi vicarius ab offitio defecerit ultra mensem alterius deputatio non differatur: verum si vicarius mense aliquot domo abfit, ne cogatur, C.G. 7. D. 5. f. 2. Præpositus alium vicarium eligere, at si vicarium, et Præpositum non per paucos C.G. 10. D. 28. dies abesse contingat, priusquam abeant, designet vicarius, qui domus curam ge= f. 46. rat, donec primus reuertatur vicarius; quo præsente cessabit omnino secundus, nisi forsam primus, vel ob simplicem amotionem, vel ob alios desinendi modos defecisset.

10. Postremo quæ de Præpositi vicario dicta sunt, eadem omnino de vicario vicepræpositi dicta esse intelligantur; volumus enim ut non solum Præpositi, sed vicepræpositi etiam in domibus residentiæ Generalis, et Provincialis suos vicarios habeant; sic enim gubernationis ordo facilius disponetur, quod quidem Pater Generalis universæ Religionis intendens, ac Provincialis toti prouinciæ vix locale regimen propriæ domus ad residentiam destinatæ subire valebunt; et ideo iure optimo decernimus, ut localis gubernatio, eadem ratione in his residentiæ domibus habeat, ac in cæteris, quæ a Præpositis dirigunt.

Cap. 34.

De Preside locali.

1. Si contingat Præpositum, et vicarium ab offitio simul quacumque ratione deficere, vel utrumque ad paucos dies abesse, ne localis gubernatio, suo interim capite careat, volumus, ut primus capitularis decesiui suffragij ipso facto per successionem

Præ=

Præpositi vices, sub nom.e localis Præsidis gerat, et rem familiarem administret, necnon et iura, ac munia præpositi eadem potest.e exerceat, ac si Præpositus esset; verum ne in Præp.ti loco sedeat, in ambulando tn, in sedendo, et in reliquis ad regimen spectantibus cæteros omnes sacerdotes præcedat, et antiquit.e primos.

2. Caueat autem ne cum Præpositus, et vicarius, a ciuit.e absint aliquid agat, quod ab ipsius sup.is voluntate senserit alienum, sed ea tn exequatur, quæ ad eiusdem sup.is aduentum commode differri nequeunt.

3. Adueniente vero Præpos.o l, vicario statim ipso facto a præsidis offit.o desinet, et ad suum se locum recipiet.

4. Cæterum sicut in Præp.ti et vicarij aut defectum ab offit.o aut a ciuitate absentiam, ut dictum est, Primus capitularis succedere debet, ita similiter, in eorundem absentia a domo, l, a comunibus exertitijs, aliquem esse oportet, qui ibi suo modo præsit, hic que erit Primus sacerdos secundi gradus, siue caplis, siue non caplaris, a quo in ipsis communibus exertitijs, benedictiones, et licentias singuli Religiosi, et caplares, siue consultiui, siue decessiui petent, et ab ipso etiam signa, quæ opus erunt, fient, et ne quid ibi inordinatum peragatur, intendet; eodem modo absentibus a domo, Præp.o et Vicario, qui primus sacerdos in ea remanet, præsit, et si exire necesitate compulsus, quis debeat, et si capitularis existat, ab eo licentiam, et benedictionem accipiat, sicut etiam benedictionem, qui domum reuertit.; domui etiam intendat, in ijs, quæ necesaria erunt, et ad sup.is aduentum differri non poterunt; nullo tamen modo, capitulum conuocare, aut consultationem habere ei licebit.

5. Similiter siue in exertitijs communibus, siue in absentia Præp.ti et vicarij a domo præsit, mortificare neminem poterit, aut quid aliud agere, quod superioris voluntati non esse consonum duxerit.

6. Ad hæc vltimo decernimus, ut qui sacerdos simplex, l, caplaris in domo commoretur, ut hospes, nequaquam præses localis esse posit, siue in absentia Præpos.ti et vicarij a domo, l, exertitijs communib9, siue in eorundem absentia a ciuitate

siue

siue etiam inuitius ab officio defectum; huiusmodi .n. munus ab assignatis solummodo Religiosis exerceri debebit.

Cap. 35.

De consultoribus, ac Secret. localibus.

1. Assistentes velut additores, mente, et consilio, Patri Genli, aut Prouintiali, tribuimus, et eadem rat. locali Preposito consultores cogimur assignari, quorum consilijs, et voto facile adiuuabitur.

2. In singulis q. domibus, et in ijs, quę residentię Genlis, et Prouli designantur, locales consultores existant, ex ijs, qui ibi, ut assignati caplares cōuiuūt.

3. Et q. ad numerum, et electionem attinet, volumus, ut si in domo preter Prepositum, sex ad minus decessiui caplares assignati cohabitant, ex ipsis, quatuor solummodo consult. eligantur, eorumq electio a locali caplo fiet; sic tamen ut caplares consultiui in ea suffragium non ferant.

Si vero quinq dumtaxat, l. minus quam quinq decessiui caplares assignati in domo commorentur, consultorum electio non dabitur, sed ipso iure oēs illi decessiui consultores erunt.

Sed si vlterius quinq dicessiuis ibidem existentibus, alius deinde, ei domui assignatus adueniat, quatuor consultorum electio fieri debet.

Si autem sex ibi sint, ac proinde consultorum electio fiat, absente postea vno decissiuo, qui consultor non existat, quintus, qui remanet consultor non erit, sed quatuor tātum electi.

4. Deniq si in domo caplares decessiui non inueniantur (quod non nisi ex graui necesitate contingere debet) tunc quatuor caplares consultiui antiquitate primi, ad consultoris munus ipso iure succedant, iusq decessiuum ferent, q. si vnus, l. duo, l. tres decessiui in domo adsint, tunc tot consultiui antiquiores ipso iure succedent, qt ad quatuor consult. constituendos desunt: Idque totum intelligatur, donec ad eam domum decessiui assignati aduenerint, C.G.10.D.29 f.47.

eo-

eo prorsus modo, quo supra de localis capli patribus disposuimus.

5. Omnino q° non minus quam quatuor consultores esse debent, nec ubi sex-, l, plures decessivi habentur plures quam quatuor eligi.

6. Iamvero consultoribus autoritas nulla competet, sed in propriq antiquitatis loco subditi permanebunt, et dumtaxat, cum a Prepº. ad consultationē vocantur, in ea ius suffragij habebunt.

7. Eorum etz munia, atq ea, quibus poterunt adiuvari, media, eadem sint proportione servata, quę de Genlis, et Provlis Assistentib, decrevimus.

8. Duratio autem in officio ad illud ipsum tps percurrat, quo Prepositus in suo munere perdurabit, quo cesante, nullatenus tn eorum munus cesabit, sed in eodem permanebunt, donec ad novam Prepti. electionem, alia consultorum electio a locali caplo, eo quo dictum est modo, peragatur; si scilicet sex ad minus decessivi in domo existant.

9. Desinere etiam quilibet potest infra tps designatum per alios desitionis modos, de quibus supra. Cum autem quis consultor ad aliam domum, ut assignatus transfertur, suum munus omnino cessat, et alius quamprimū l, electione, l, successione (ratº habita ad decisivorum numerum) ut dictum

10. est) subintret. Sed iam ulterius de secretº. in primis decernimus, ut is unq, et idem sit, tam pro caplo, quam pro consultatº. locali.

11. Eligetur a capitulo locali, non tamen in ea electione consultivi caplares ius suffragij ferent.

12. Eius munia erunt, caplis omnibus, et consultationibus eiusdem dom, interesse, scripto excipere, et in libro actuum conscribere; quę ibi peragentur, si tamen notatu digna erunt, harchivij localis curam habere, libros gubernationi locali deservientes ordinare, et adservare, atque id genus alia; presertim vero ad eum spectabit, scripto mandare, quę in domo acciderint notanda.

13. Duratio in offitº. ad annum erit, infra quod tempus per simplicem a= motionem ad libitum capituli localis desinere potest; sicut etiam per= alios

alijs, quos præscripsimus modos.

Cap. 36.

De consultatione locali.

1. Præter locale capitulum in quibusdam casibus cogendum, localis etiam consultatio instituetur, quæ frequentior esse debet, prout occasio postulabit.

2. Habebitur quoties Præpositus consultorum vota in expressis casib⁹ tenebitur adhibere, et quoties etiam ipse ad libitum velit, de ipsius autem autoritate conuocari debebit, nec sine eius licentia, si cogatur, aliquā vim habebit, omnino tn̄ singulis mensib⁹ semel ab eo hæc consultatio conuocet, ad bonum regimen domus dirigendum; quapropter congregatio de bono regimine dicetur, et in ea quomodo obseruantia vigeat, quomodo regularis disciplina se habeat, quomodo diuino cultui intendatur, et id genus alia, de quibus ad faciliorem vsum, capita quædam præscribere oportebit, discuti, et pertractari debebunt.

3. Personæ quibus constabit, erunt solummodo præpositus, l, vicepræpositus, et consultores, quibus simul in ea ius suffragij competet, Secretarius etiam præsens ibi erit, non tamen suffragium feret, nisi forte is idem consultor existat, alij præter hos, nullam in ea ingrediendi facultatem habebunt.

4. Autoritas proinde plena, et absoluta, quoad regimen domus ad legum nostrarum præscriptum, ~~etiam~~ inerit, Prouintialis tamen potestati ordinata, et subiecta.

5. Quoad actus vero in ea peragendos, quas supra de actibus in communi Leges disposuimus, exacte seruentur.

Cap. vltimum

De Procurat.e dom⁹, qui ad Proule Capitulum = destinatur.

1.

1. Inter eos, qui Prouli caplo interesse, iusq suffragij ibi habere debebunt, Procuratores erunt domorum hoc intuitu eligendi, de quibus agentes.

2. Decernimus p.o ut ex singulis domibus, preterquam ex domo residentie Genlis,

C.G. 23. d. 3. et Proulis, singuli Procuratores eligantur. fietque electio die S.ti Epiphanie proxima

f. 63. ante capli celebrationem, peragetur autem a locali caplo, in quo etiam ~~xxx~~ sacerdotib.

et capitularibusq activum ius ad eligendum competere volumus. Sed et modus in huiusmodi electione seruandus, talis erit, videlicet, ut superior sacerdotes omnes professos sue domui assignatos, et presentes, siue capitulares sint, siue non, conuocet, vna conuocatos moneat, tempus esse eligendi sacerdotem capitularem decessiue vocis, qui nomine sue domus Prouintiale capitulum adeat. Id ubi eis breuiter significauerit, foras exeat Prepositus, neq ulla in re alia sese immisceat.

Illi vero tres dies habebunt integros, quibus sacerdotes omnes, et simul etiam vicarius deliberent; ijs diebus si nihil conficient neminem electum, neque eligendu esse statuimus: conueniant autem omnes, quos diximus, nemo se excuset.

3. Cum vero electus fuerit sacerdos, hoc ceteris fratribus, id palam fiat, ac locis prouintie significetur per litteras.

Si autem tempus capituli sacerdos electus, aut morte sublatus fuerit, aut impeditus morbo, vel etiam alia ratione defecerit, eligatur alius, quo dictum est modo.

4. Iam vero procuratoribus auctoritas nulla competet, sed solummodo facultate habebunt, Prouintiale capitulum ingrediendi, ibiq suffragium ferendi.

5. Sed proinde eorum munia erunt, negotia domus humiliter in capitulo proponere, que ab alijs committuntur, ut ibi pertractentur, excipere, totius Prouintie bono debita charitate prospicere, et id genus alia.

6. Porro ut recte se gerant, et legum nostrarum prescripto adhereant, neque ab eis deflectant, efficax medium erit, illas sepe legendo percurrere; sic.n. ad decernenda in caplo, que obseruantiam pmouent, facile disponentur.

7. Ad Capitulum congruo tempore adeant, itinerisq impensas, singuli ex singulis domibus, quarum nomine ei debet interesse petat.

Demum absoluto capitulo eorum munus ipso facto cessabit; sed et alijs etiam modis, iuxta ea, quę suo loco tradidimus, antequam ad capitulum veniant, dessinere, ac defficere possunt.

Constitutionũ finis.

Atque sic tandem constitutionum leges legislatore Deo illustrante expliciunt; in quibus perfectionis nobis meta proponitur, parantur media, dirigitur vita, mores formantur; ad Domini gloriam, et ad Virginis laudem, et ad Religionis augmentum.

Nos Dominicus tituli Sanctorum Apostolorum S. R. E. Presbiter Cardinalis Gymnasius S. D. ac sacrę congregat.^{is} S. R. E. Cardinalium, quę negotijs regularium preest, vidimus, legimus, et mature perpendimus, supradictas constitut.^{es}, et decreta congregationis Clericorum Regularium Minorum, in qq cum nihil inuenerimus, q.^d pietati, ac rectę morum disciplinę, et regulari instituto, optimęque administrationi, et religiosę vitę regimini minus conueniat, id eiusdem congregat.^{is} Ill.^{mis} Cardinalib. retulimus, quę sacra Illustrissimorum Cardinalium congregatio easdem constitut.^{es}, ac decreta censuit confirmandas, et approbandas, prout tenore presentium ex certa scientia approbauit, et confirmauit, cum additionibus trapositis in fine nra manu firmatis, illasque sic ab omnibus, ad q.^s id expectat, attendi, publicari, et obseruari voluit, et mandauit, ac perpetuę firmitatis robore muniuit. Non obstantibus, constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac dictę congregationis, etiam iuram.^{to} quauis firmitate alias roboratis, et in alijs quibuscũque. Datum Romę. Die 14. Mensis Augusti. 1612.

D. Cardinalis Gymnasius.

Paulus Papa Quintus.

Ad perpetuam rei memoriam decet Romanum Pontificem ex munere sibi diuinitus iniuncto Religiosos, qui spretis huius seculi vanitatibus iugum Religionis, ut Altissimo liberius inseruient susceperunt præcipua pastorali benignitate amplecti, et paterna prosequi charitate, cum igitur congregatio dilectorum filiorum Clericorum Regularium Minorum nuncupatorum per Sixtum Quintum instituta, et per Gregorium decimumquartum, et Clementem VIIJ. Romanos Pontifices prædecessores nros approbata fuerit, et in ea Regularis disciplinæ obseruantia vigeat, ac vberes fructus assidua verbi dei prædicat.e frequenti sacramentorum administrat.e bonique famæ odore assidue producantur, et sicut nuper accepimus ipsius congregationis constitutiones, et statuta alias a nobis confirmata pro exactiori obseruantia regularis disciplinæ immutata, illisque alia de nouo adita, ac per venerabiles fratres nros S. R. E. Cardinales super consultationibus, et negotijs episcoporum, et regularium deputatos vissa, examinata, et correcta fuerint, ac in illis nihil q.d pietati, et rectæ morum disciplinæ, ac regulari ipsius congregationis instituto, optimeque administrationi, et Religiosæ vitæ regimini minus conueniat, continetur. Nos congregationem ptam, quam paterno afectu in Dño diligimus, specialibus fauoribus, et gratijs prosequi, volentes necnon Præpositum Gen.lem, et alios sup.es et singulos dictæ congregat.is clericos a quibusuis excomunicat.is suspensionis, et interdicti, alijsque ecclesiasticijs sententijs, censuris, et pœnis a iure, vel ab homine, quauis occasione, l. causa latis si qq quomodo libet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serio absoluentes, et absolutos fore censentes motu propio, et ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine laudabilia dictæ congregat.is instituta, constitut.es et statuta, mutata addita, et correcta huiusmodi, quorum, et quarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro expressis habere volumus aplica autorit.e tenore præsentium perpetuo

confir=

confirmamus, et approbam(us), illisq(ue) perpetuæ, et inviolabilis firmit(ati)s robur adijcim(us), ac o(mn)es, et singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui in eis deminterveneri(n)t, suplemus, illasq(ue), et illa valida firma, et eficatia fore, et esse, ac per Præpositum Generalem, et alios sup(erio)res et clericos ipsius congregat(ioni)s nunc, et pro t(em)p(o)re existentes, Clericos, et alios, ad quos spectat, et in futurum quomodolibet expectabit perpetuo, et inviolabiliter observari debere, p(rese)ntesq(ue) litteras semper, et perpetuo validas, et eficaces fore, et esse, ac ita per quoscumq(ue) iudices ordinarios, et delegatos, et causar(um) palatij Apostolici auditores iudicari, et definiri debe(re), ac irritu(m), et inane quidquid secus super his a quoq(uam) quavis auctorit(at)e scienter, vel ignoranter contingerit, attentari decernim(us), quo circa dilecto filio n(ost)ro in urbe vicario in sp(irit)ualib(us) gra(tis) nunc, et pro t(em)p(o)re existente co(m)mittim(us), et mandamus, ut p(rese)ntes litteras, ac in eis contenta quæcu(m)q(ue) ubi, et q(uan)do opus erit, per se, l(ibet) aliu(m), seu alios solemniter publica(ri) faciat auctorit(at)e n(ost)ra constitut(ion)es et statuta huiu(s)modi in p(raedic)ta congregat(ion)e perpetuo inviolabiliter observari contraditores quoscu(m)q(ue), et p(er)missis non parentes per ce(n)suras, et pœnas ecclesiasticas aliaq(ue) oportuna, iuris, et facti remedia apellat(ion)e postposita co(m)pescendo no(n) obstantib(us) quibusvis constitutionib(us), et ordinationib(us) Apostolicis, ac eiusdem congregat(ioni)s et iuram(en)to confirmat(ion)e apostolica, l(ibet) quavis firmit(at)e aliar(um) roboratis statutis, et consuetudinib(us), et privilegijs quoq(ue) modo indultis, et litteris Apostolicis eide(m) congregat(ion)i eiusq(ue) superiorib(us), et clericis in contrariu(m) quomodolibet concessis confirmatis, et approbatis, q(ui)b(us) omnib(us) et singulis, etiam si de illis, eor(um)q(ue) totis tenorib(us) specialis specifica, et expressa, ac de verbo, ad verbum, no(n) aut(em) per clausulas generales ide(m) importa(n)tes mentio, seu quævis alia expresio habenda esset tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbu(m) insere(re)ntur p(rese)ntibus pro expressis habent(es) illis, alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, et expresse de(ro)gamus, cæterisq(ue) contrarijs quibuscumque. Datum Tusculi sub annulo piscatoris. Die vij. Locus + sigilli.

S. Cobellutius

Fidem facio per presentes ego notar.⁹ publicus infrascriptus qualiter presens copia extracta fuit ex suo propio originali existen. Penes. R. P. Augustinũ Caractiolum C. R. M. mihi notario publico infrascripto per eum exhibito, et exibenti restituto cum quo concordare inueni, et in fidem premissorum hic me subscripsi, ac solito meo signo signaui hac die nona mensis Octob.ʳⁱˢ 1612.

Ita est Antim.⁹ Palmeri.⁹ Not.⁹

Alfonsus Mancus Prepositus
Generalis
C. R. M.

Cum supradictas constitutiones per nrum secretarium cum suo originali concordatas, et a mendis purgatas in omnibus nris domibus Italie publicari fecerimus, has easdem ut iacent in omnibus nris domibus prouintie hispanie statim publicari, et ab omnibus, tam superiorib.⁹, quam subditis imbiolabiliter obseruari presentium auctoritate mandamus. Datum Rome in nostris edibus S.ᵗⁱ Laurentij in Lucina. Die 27. Martij. 1613.

Alfõsus Mancus Genlis. C. R. M.

Basilius fuscus C. R. M. pro Secr.⁹

Decreta

Iesus Mª.



DECRETA
QVÆ A SEPTº.
CAPº. GENERli. C.R.M.
ET AB ALIJS IN POSTERV̄

huc vsque prodiere cum suo indice.

Ad vsum Pis. LAVRENTIJ de Guete Clericorum, R, M.

Superioris facultate Anno Dñi. 1645.m

Index decretorum, quæ a 7.° Capitulo Generali, et ab alijs in posterum facta prodiere.

Decreta Capli Generalis Septi.

Decreta Capituli Generalis Octaui.

Decreta Captli Generalis noni.

+ Cofessariorum

Decreta particularia, pbui9 noni Capi. Generalis pro hispanię prouintia.

Decreta decimi Capli Generalis.

Decreta Capli Generalis vndecimi.

Decreta Capituli Generalis duodecimi

Decreta Capi. Genlis 13.

Finis indicis decretorũ vsq ad Captm 14.


Decreta Capli Generalis decimi quarti.


Decreta Capituli Generalis decimi quinti.


Decretum. 6. de negotijs Secularium non suscipiendis.


Decretum. 7. de Profesis, qui redeunt ad nr̃am Religionem.


Decretum. 8. circa reintegrationem quorundam Capitularium Prouintiæ Hispaniæ ad Vocem decisiuam per successionem.

















Decreta

Decreta Capituli Generalis septimi Clericorum Regularium Minorum habiti anno millessimo sexcentessimo tertio.

Omnia alia Decreta Capitulorum praecedentium fuerunt reuocata per Decretum 24. Cap. Gen.lis 9i.

Decretum primum circa subscriptiones actorum, et decretorum Capituli Generalis.

Vt actorum, ac decretorum Capituli Generalis firmitati consulat. ea omnia a secretario subscribant; & que uno die peracta fuerint in prima sequentis diei sessione, siue in initio, siue in fine ab eodem secret.° publice in ipso cap.° legantur, & a singulis P.P. subscribantur.

Decretum secundum circa potestatem ineundi contratus Patri Generali limitatam.

Prepositus Generalis contractus rerum magni momenti, siue locationis sint, siue Venditionis, vel emptionis, siue cuiusque generis sine suorum Assistentium Voto, et consensu inire nequeat.

Decretum tertium circa potestatem reditus, & annuos census retinendi.

Const. pars. 3.a C.S. f. 128. et c. ult.° f. 143.

Omnia n(ost)ra collegia, et domus recessus, ac nouitiatus redditus, et annuos census simpliciter, et absolute cum onere, et absque eo retinere valebunt, exertitioque

2. Vera domus redituum sine onere capaces non erunt, sed solummodo annuos prouent, cum onere perpetuo missaz, vel officiorum, itemq elemosinas perpetuas licite possidere, et habere poterunt.

Decretum quartum circa orationem circularem, & penitentias introducendas.

Patris Generalis cum suorz Assistentium voto partes sint iudicare, et decernere, in qua nostrarum domorz sint circularis oratio, et circularis penitentie introducende; quo circa singulis sex mensib, suis proponat Assistentibus hoc negotiu, qui prehabita a domorz prepositis de Religiosorz num°, et onerib, relatione, vna decernant, cui ex nostris domib, predictus circulus sit indicendus.

Const. pars 4. C.33. f.225.

Decretum quintum circa potestatem amouendi Viceprepositos, V.° et alios officiales

Const. pars 4. C.5. f.177. C.G. 10. d.28. f.46.

Pater Generalis nouitiorz magistrum amouere, Procuratorem Generalem, suum Viceprepositum infra annuum absq suorz Assistentium voto, non possit, similiter, nec Pater Prou.lis suu Viceprepositum sine suorum Assistentium voto; nec domorz prepositi suos Vicarios absq consensu, vel localis capituli, vel soli Patris Generalis amouere valebunt.

Decretum Sextum circa admissione professoru, vel nouitiorum aliarum Religionu ad nru habitu.

Const. pars 2.a C.3. f.84.

Nunquam, et nullo vnqua temp.e ne Patri Generali, etiam de voto suorz Assistentium, liceat ad habitum nre Religionis, alterius Religionis professorz admittere, etia si qui admitti peterent, votorum simpliciu in Societate Iesu professione emiserint,

rint, verum qui fuerint nouitij in alia Religione, et qui de illigitimo matrim.o sunt nati, a Patre Generali cum suis Assistentibus ad nostrum habitum admitti valebunt.

Decretum Septimum circa Receptionem secularium ad nobiscum cohabitandũ.

Const. pars 2.a c. 26. f. 49.

Primo ad nobiscum cohabitandum in aliqua ex nostris domib. ad longũ temp. seculares homines authoritate graues admittere licebit, sed non nisi ex grauissimis causis in vtilitatem Religionis vertentibus, vt ss. donat.u et his similia, et de Generalis, suorumq Assistentiũ voto, ac etiã de consensu Cap.i Localis eius domus, in qua ad habitandum deligitur locus.

2.o seculares tamq hospites, et ut transeuntes ad nobis cohabitandũ ad tres tantum dies cuiq Superiori nostre Religionis recipere licebit; verũ ad lõgius tps Pater Generalis, ac Prou.li abiq suorũ Assistentium voto, et domorũ Prepo.ti sine consensu Cap.i localis, atq etiã Patris Generalis, vel Prou.lis hospitiũ nequeat prorrogari.

|| cũ suis assistentibus.

3.o nusquã, et nullo vnquam tpe seculares in nris domib. ad habitandũ, l, ad nobiscum conuiuendum mercede, l, stypendio admittere, nec etiã Patri Generali licebit, quamuis suorũ Assistentium votis accederet; omnino prohibentes, ne huiusmodi mos in nra religione introducatur.

Decretum octauum circa penitentiã iniũgendã, vt quis clausus in cubiculo maneat.

Const. pars 4. c. 14. f. 173.

Penitentiam, vt quis ex nris in cubiculo claus. maneat, ad octo tñ dies se solo Pater Generalis poterit iniungere; Pater vero Prou.lis ad sex, et Prepositi ad tres tãtum dies; ad longius autem tps octo dierũ, Pater Generalis abiq suorũ

4 Assistentium voto; similiter Pater Prov.lis ultra sex dies sine suoq Assistentium placito, et Prepositi ultra tres dies absq localis cap.i consensu, hanc penam nequeant prorrogarre.

Decretum nonum circa Secret.os Patris Generalis

PQuia circa varia, et assidua Religionis negotia patrem Generalem oportet esse occupatum; ideoq quo facilius varijs litteris, que ad ipsum a Religiosis, et alijs scribuntur, satisfaciat, et breuem summam, et recordationem negotiorum ab ipso agendorum absq mentis confussione habeat, preter secretarium regiminis, alios etiam secretarios certos, et prefixos, a se eligendos unum, vel plures iuxta negotiorum varietatem ~~habent~~, et exigentiam habere debebit; horum autem secretariorum munus erit (ut dictum est) litteris responsum dare, et in breuem epilogum quidquid pro recordat.e ipsiusmet Patris Generalis opus erit redigere, forma autem, et ordo in hoc manere exercendo ab ipsomet Patre Gen.li eis prescribatur; cum autem ad Patrem Generalem de reb. grabibus, et secretis, quas religiosi ei tantum notas esse volunt, litteras dabunt, tunc in subscriptione litterarum particula (soli) ascribentib. apponatur; in signum quod eas Pater Generalis tantum legere, eisq rescribere debeat.

Decretum decimum circa trinam monitionem incorregibilium faciendam.

Const. pars 2.a C. 15. f. 113. C.G. 7. D. 10. f. 4. C.G. 8. D. 11. f. 16. C.G. 13. D. 12. C.G. 20. D. 30. circa penas.

Visum fuit Patribus constitutionem, in qua p.te agit de correctione, siue trina monitione religiosis incorregibilib. facienda, indigere explicat.e et declarat.e tam circa materiam eius, quam circa formam, et modum.

Quare eius materiam, que sunt errata primo loco attingentes statuerunt patres nullam ex trib. monitionib. fieri debere, nisi pro culpa graui, et vrgente in detrimentum comunitatis, et sic dictum locum constitutionis ‖ illis verbis (cuiusqunque vitij, s, erratis) addendum esse grauis, et vrgentis in detrimentum communitatis.

‖ explicantes

Modum

Modum etiam, et forma, monitionis faciendę exponentes, per seq. prescripserunt; primo vt huiusmodi Religioso incorregibili pluries iuxta ordinem Euangelicum fraterna correctio fiat; aliq. a confessorib. domus, alijs vicib. ab ipsomet sup.; aliq. etia a Superiore coram confess.° 2.° si his seruatis non resipuerit, et correctionem non susceperit, tunc a locali Cap.° ter de nouo[11] corripiat; seruata tamen quoad penitentias iniungendas forma constitutionis, 3.° si tanta equitate seruata adhuc obdurat., et inemendat. persisteret, tunc fiat ei vna ex trib. monitionibus iuridicis a cap.° locali; ad q. tamen prius pro duab. partibus expectabit iudicare, et decernere, an dicto incorregibilli, hęc prima monitio iuridica sit facienda; q. fieri debere in eo concludat; non propterea huiusmodi decretum execut. mandet, nisi prius a Patri Prou.li et suis Assistentib. fuerit confirmatum; et hac cōfirmatione, et licentia Patris Prou.is obtenta, dicta prima monitio capitulariter iuridica, et inscriptis incorregibili fiat; decernentes, vt sine requisit. ac determinat. Localis cap.i nequeat Pater Generalis, vel Prou.is demandare, vt aliqua ex dictis monitionib. iuridicis fiat, licet sui Assistentes secum prestent assensum; hęc etz requisitio, et determinatio localis cap.i ac licentia siue Generalis, siue Prou.is confirmatio erit neces.o toties, quoties aliqua ex dictis monitionib. erit facienda.

[11] fraterne

Ceterum si monitio fieri debeat alicui ex Religiosis assignatis domui residentię Patris Prouincialis; eo casu Pater Prou.is gerat se tanquam si Prepositus localis esset, qui conuocatis suis Assistentibus, et capitularib. eiusdem domus vna decernant de predicta monit. facienda, et si fieri debere concludat; tunc huiusmodi decretum ne executioni mandet. nisi a Patre Generali cum suis Assistentibus fuerit confirmatum.

Tandem si predicta monitio sit facienda Religioso asignato residentię Patris Gener.lis tunc non solum a Patre Generali de suoz Assistentium voto erit decernenda, sed etiam de consensu alioz capitulariū eiusdem domus.

Decretū LI. circa Religiosos mittēdos in lōginquas Regiones.

Const. pars 1.a C. 20. f. 38.

6. Poterit Pater Generalis se solo requisitus, et postulatus ab aliquo Religioso illum mittere in longinquas religiones ultra mare, et ultra montes; non requisitus autem non nisi de suorum Assistentium voto hoc prestare valebit.

Decretum 12. circa incapacitatem Assistentium Generaliũ ad alia munera.

Electus in Assistentem Patris Generalis, nec intra, nec extra definitorium, aut capitulum ad aliud regiminis onus, siue Prou.lis siue Prepositi, siue cuiusuis alterius subeundũ, hac ratione, ut cedere debeat suo officio, eligi nequeat; presenti decreto prohibentes ne huiusmodi offitij commutatio fiat; ac insuper decernentes, ut quo tpe assistentis munere funguntur. alioꝝ offitioꝝ; Viceprepositi, procuratoris Generalis, siue alteri⁹ cuiuscunq̃ onus eodẽ tpe subire nõ valeant.

Decretũ 13. circa pecunias receptas cũ onere missarum.

Const. pars 3.a C. 5. f. 132. et f. 134.

Pecunias receptas cum onere missaꝝ perpetuarum, nullas ex superiorib⁹ nrę Religionis poterit alienare, sed illas in emptionem annui census, aut bonorum stabilium correspectiuę illas conuertere teneantur. quod si secus fecerint, actiua, et passiua voce priuati ipso facto existent.

Decretum decimũ quartũ circa potestatẽ donandi

Const. pars 3.a C. 5. f. 133. C. G. 9. d. 20. f. 26. C. G. 10. d. 42 f. 52.

Facultatem elargiendi res graues, et alicuius momenti per constitutionem clementis Papę Octaui concessam Generalib⁹ Capitulis, placuit presenti nostro Generali Cap.o = unanimi consensu transfferre, prout presenti decreto transfert ad Prepositum Generalem cum suis Assistentibus, idest ad consultationem Generalem; ad quã etiam transfert potestatem concedendi licentiam religiosis easdem res graues donandi-

donandi; et insuper ad Prepositum Generalem facultatem transfert, ut se solo posit res leues donare, et subditis licentiam easdem res leues elargiendi concedere; et demum eandem facultatem modo explicato transfert ad Prouinc.as regionis longinque, ubi predicta constitutio Clementis 8.i esset recepta.

Decretum 15. circa potestatem Superiorum localium in contrahendo ere alieno, et expensis extra ordinarijs faciendis

Const pars 3.a C.5. f.130.

Æs alienum pro victu, vestitu, pro edifitiorum reparatione, aut alia consimili causa supra sumam scutorum quinquaginta Sup.ri locales nre Religionis absque localis Cap.i voto nequeant contrahere, ita tamen ut si usque ad sumam dictam quinquaginta scutorum debitum susceperint, his non solutis alio nouo ere alieno se obstringere, vel antiquum augere, sine capituli localis consensu non valeant; Ceterum dictis iam Superioribus alias, quam pro vestitu, et victu expensas facere ex pecunia, quam domi habent, ad usque summam scutorum decem liceat, maiorem autem in extraordinarijs expensis absque localis Capit.i consensu expendere interdicitur.

Decretum 16. circa obligationem recitandi diuini offitij.

Nostra Religio nullo modo intendit obligare nros clericos professos ad diuinum offitium recitandum, neque ratione professionis, nec rat.e consuetudinis, quam numquam admittere intendit, nec nunc admittit, sed illos tantum obstringit, qui ratione ordinis sacri (iuxta canonicas santiones) ad illud persoluendum tenentur: simulque declarat, ac presenti decreto determinat, dictos nros clericos nondum sacris ordinibus initiatos ad id onus soluendum non teneri.

Decretum 17. circa potestatem Patris Prouintialis

8. In quibus casibus per multa decreta presentis Capli est limitata autoritas Patris Generalis, et concessa Generali gubernationi, idest Patri Generali de voto suoq Assistentium, in eisdem prorsus, proportione seruata Patris Prou.lis authoritas limitata censeatur, itaq ut nequeat in illis absq suoq Assistentium voto procedere, (decernere, et exequi.

Decretum 18. circa cessationem a studijs in penitentiam iniungendam.

Ad tres dies tantum cessatio ab studijs nris studentibus in penitentiam a Sup.e locali permittitur iniungendi; ad longius tps huiusmodi penitentiam prorrogare, nisi prius locale capitlm, habita informatione a lectore, suum prestet assensum, eidem Sup.i interdicit; hec autem prorrogatio facta de consensu capitlico vsq distrahi censeat, donec Pater Prou.lis qd de hoc negotium sit agendum, responsum dederit, quo circa Sup.i et locali capitulo presenti decreto iniungit ut statim, et incuntanter de hac iniuncta penitentia Patrem Prou.le certiorem faciat; qui tn absq suoq Assistentium voto hanc penam, vel prorrogare, l. decernere, vt studiorum cursu quis pribetur, nequibit.

Decretum 19. circa Capitulares consultiuos

Capitulares consultiui suffragij, licet decidendi ius non habeant; tn cum capitulares decisiue vocis dicunt sententiam suam, et decidunt, vt cum illis presentes sint decernimus.

Decretum 20. circa procurationem breuium, aut gratiarum a Sede Apostolica.

Quicunq Religiosus, siue subditus, siue Superior etiam Prou.lis aut procuratur-

Procurator Gen^lis exse, et absq Patris Gen^lis licentia, impetrans, l, procurans, siue pro Religione in communi, siue pro aliqua nra domo, breue aliquod, l, gratiam, aut aliud a sede Apostolica, grauiter puniat^r arbitrio P^is Generalis cum suis Assistentibus.

Decretũ 21. circa renuntiat^em offitiorum, et vocis

Offitiorum renuntiationes, siue Prepositi, siue Prou^lis siue cuiusq alterius sint, ab alijs, quam a Patre Generali cum suis Assistentibus, recipi, non poterunt, nec debebunt, Verum renuntiationes vocis tan decesiue, quam consultiue a solo Generali Capit^o vel etiam a Prou^i capit^o et non ab alijs admitti valebũt, huiusmodi autem admissio facta a Prou^i capit^o etiam Generali^{II} erit confirmanda; declarantes renuntiationes omnes offitij, vel vocis aliter factas quam ut hic prescribitur nullas, et inuallidas esse. ^{II} Capitulo

Decretum 22. circa penam transeuntium ad aliam Religionem

Quicunq ex nostris Religiosis professis a nra Religione, ad aliam transierit, si ab ea ad nostram reuertatur, vtriusq vocis decesiue, et consultiue priuatus existat.

Decretum 23. circa confessarios.

Nostri confessarij sine superpelliceis in nris ecclesijs confessiones auscultẽt.

Decretum 24. circa capitulares, qui inter esse debent capitulis quibuscumq

Quicumq ex capitularibus deputatis, et electis ad celebranda capitula Gene-

20.

Generalia, siue congregationes, et dictas Generales, et pariter ex electis ad celebrãda capitula prouintialia non legitime impeditus ad ea venire omisserit, siue cũ venerit, siue presens sit, in eadem ciuitate ad eorum celebrationem assignata, presens, et vocatus venire omisserit, dictorum capitulorum arbitrio grauiter puniri debebit, usque ad priuationem inclusiue cuiuscumque vocis, actiuę, pasiuę, consultatiuę, et decesiuę, sub eadem pęna eorum quęlibet obligantes ad redendam rationẽ dictis capit.lis de impedim.to habito; priuantes etiam presenti decreto, nunc et pro tunc voce actiua, et passiua quoad illos omnes actus tantum, quę ipsis absentibus facti fuerint, vel fierent; declarantes etiam omnes factos actus, siue qui fierent in eorum absentia, siue quia venire recusaberit, siue quia non valerent, siue quacumque ex causa illis presentes non essent, validos, ratos, et firmos; quod idem intelligi volumus de capitibus localibus congregatis pro electione eorum Patrum, qui in qualibet domo erunt deputandi, pro celebrat.e capit.i Prouinc.lis atque vniuersaliter capitulares, qui presentes, et vocati capitulis localibus interesse noluerint arbitrio eiusdem capit.i grauiter puniant, et omnia acta facta, ipsis absentibus valida sint, et firma.

Const. pars 4. C. 17. f. 183

Decretum 25. circa deputationem conffessariorum per orbem in nris ecclesijs

P.te 1.a cap. 28. f. 53.

In qualibet ecclesia domus exertitiorum nrę Religionis singulis diebus per orbem aliquis ex nostris confessarijs vnus, l, duo, vel plures iuxta ecclesię necesitatem ad audiendas sęcularium confessiones deputent; cuius numeri deputatio a locali capit.o fiat; huiusmodi autem confessarij mane semper in ecclesia in suis confessonarijs usque ad horam prãdij assistant, a prandio v.o usque ad vesperam sat erit, si domi morentur, vt vocati ad cõfessiones audiendas statim accurrant; die v.o quo ratione circuli assistere tenent, domo absque graui necessitate, ne ęgrediantur, quo casu eorum loco alij substituant.

Tamen in ecclesijs collegiorum an hęc mos, et circuli vsus sit introducendus Patri

Patris Prouis cum suis Assistentibus iuditio remittit; et si introduci debere, ab ijs decernatur tunc capitulum locale confessariorum determinet numerum.

Decretum 26. de penis Religiosorum ad vrbem Romanam venientium sine Patris Generalis licentia.

Clemens Papa 8° felicis recordationis decretum edidit, ac promulgauit contra huiusmodi Religiosos tenoris sequentis; nullos fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius a Generali duntaxat licentiam in scriptis impetrauerint; si quis autem sine huiusmodi facultate Romam venire presumpserit, voce actiua, et passiua biennio priuatus existat; subiturus etiam alias arbitrio superiorum infligendas penas; que item omnia aduersus eos, qui supradictos admiserint, et receperint, sine vlla exceptione locum habeant; inter penas autem arbitrarias hanc quidem S.mo D. N. expressit, vt huiusmodi fratres per sex menses in carceribus detineantur. prohibetque ne huiusmodi pene possint ab eorum superioribus remitti, cum earum dispensationem, et relaxationem sua sanctitas sibi reseruauerit, fuitque postea confirmatum A. S. D. N. Paulo Papa V. vt cum fuerit lectum in presenti Grali Capito fuit peculiari nra lege in eos sancitum, ac etiam pro executione dicti decreti mandatum, vt nostrorum Religiosorum Romam nullus venire possit quacumque occasione, l. causa nisi prius licentiam in scriptis a nro Patre Generali impetrauerit, et quicumque sine dicta licentia Romam venire presumpserit, penam predictam priuationis actiue, et passiue vocis biennio incurret, eaque ipso facto, ipsoque iure quilibet priuatus existet, ac insuper penam, vt huiusmodi Religiosi per sex menses in carceribus detineantur, que pene a nullo superiore nec etiam a Patre Generali poterunt remitti, sed tantum a S. D. N. Papa seruata forma predicti decreti; subituri etiam alias arbitratu Patris Generalis de voto suorum Assistentium infligendas penas, que ipsi pro modo culpe reseruantur.

Decretum vltimum de potestate sacras reliquias elargiendi.

fa=

12. Facultas sacras Reliquias, quę in nris ecclesijs asseruant, alijs elargiendis Patri Generali tantum de suoꝫ Assistentiꝫ voto, ac localis capitli consensu, eiꝰ domꝰ in qua sacrę Reliquię extant. presenti decreto concedit: Expresse prohibentes sub pęna excomunicationis latę sententię ipso facto, ipsoq iure incurrenda Patri Generali, ut absq dicto suoꝫ Assistentium voto, ac localis capti consensu, nequeat alijs, aliquid ex dictis Reliquijs donare, siue integra ipsa sit, siue aliqua eius pars; et sub eisdem pęnis oio prohibentes alijs Superioribꝰ inferioribus Gentli, et omibꝰ, et singulis nris Religiosis, vt nec per se, nec per alios valeant, sacras Reliquias, quę in nris ecclesijs aseruantur, alijs dare, aut eas ad propium commodum capere, et vti; volentes, vt Reliquię in decenti loco custodiantur duabꝰ clauibus diuersis obseratę, altera penes Superiorem, et penes sacristam altera seruetur.

Finis Decretoꝫ huius Septimi Generalis Capituli.

Decreta Capituli Generalis Oct.i Clericorum Regularium Minorum habiti anno millessimo, sexagē centessimo nono.



Decretum primum circa tempus orationis mentalis communis.

Cum matutina oratio in exertitioꝫ domibus, et in collegijs ad vnius horę spatium excurrere omnino debeat, visum est patribus perpensis vndiq rationum momentis, facultatem Superioribꝰ concedere, vt diebus solummodo festis, ob alias occupationes sacras, quę Religiosis incumbunt, possint illud spatium vnius horę ad-

mediam

mediam horam contrahere, prout in D.no expedire dignoscent, habita ratione ad occupationes reliquas, quę obeundę necesario erunt.

Quod vero attinet ad vespertinam orationem, ea quidem in exertitiorũ domibus ad vnam horam perdurabit singulis quibusq diebus; sed nihilominus si aliqua sit ex domibus istis, quę magnis occupationibus ad proximorum iuuamem detineri cogetur, in hoc tñ casu poterit quidem spatium illud vnius horę ad mediã contrahi, sed non nisi de licentia, et facultate Prępositi Generalis, suorũ Assistentiũ voto adhibito, nec tamen facile eam concedere sit paratus, sed et prius relatio habeatur, a Prępositito domus.

Decretum 2. circa habitum, et cingulum

Const. pars 1.a c. 14 f. 24. C. G. 9. D. 5. f. 19. C. G. 10. D. 39. f. 50. C. G. 11. D. 2. f. 53.

Sancitum fuit, vt sasanensis pannus, qui neapoli materia est n.ri vestitus exterioris, et quo a principio Religionis semper vsi sumus, tamquam vili, et rudi, et clericorum statui coaptatus, prout vilem, et rudem constitutio disponit, nullomodo nullove pręt
extu alterari possit, atq hunc ipsum omnino pręsens Cap.m in ea ciuitate designat.

Proinde cingulus noster coriaceus quo tunicam coaptamus, decreuerunt patres, vt paruulis fibulis, non autem modulo alliget.r nec vllo modo ab aliqua eius parte dependens gestetur.

Decretum 3. circa culparum proffessionem

Conclusum est vt proffessi.ones, qui extra 1.m et 2.m nouitiatum degunt culpas seu inobedientias non in peculiari aliquo culparum capitulo (hoc n. inter eos instituendum non erit) sed in Refectorio medio, x.a antiquum n.rę Religionis morem, ea ratione, quam constitutio disponit, fateant.r. Emittendum autem erit, et sedulo curandum, vt hęc tam sancta institutio frequenti obseruantia

obseruantia vigeat, et pia emulatᵒ ab omnibus exerceatur.

Decretum 4. circa abstinentiam ferię 2ᵉ. & quartę, et circa ientaculum Veneris

Const. pars 1ᵃ C. 15. f 28. C. G. 10. D. 6 f. 35.

Ex instituti ratione feria secunda, et quarta a carnium ęsu abstinere tenemur; sed nihilominus fuit in pręsenti capitᵒ incidenter propositum, si in Hispaniarum prouintia liceat his diebus, quę ibi (grossura, seu menudillos) vocant comedere; et primo quidem Patres, et procuratores eiusdem prouintię in pręsenti capitulo instanter petierunt, nullatenus nomine illius prouintię, id pertractandum esse; cum nulla eis fuerit demandata huius rei petitio; et alioqui omnes, et singuli ibi degentes parati sunt penuriam omnem pati, dummodo in nullo violari, nedum possit, sed neq videatur, huius ~~tamen~~ sanctę abstinentię institutio, quam potius totis viribus ab initio sunt amplexi, eamq nimio celo retinentes obseruant; qua proinde habita relatione patres omnes pręsentis capli miro modo eius prouintię virtutem celebrantes, piaq desideria prosequentes, ac insuper Religionis, et obseruantię bono consulentes vnanimi omnium consensu concluserunt, vt nullo modo, nec vllo pretextu earum rerum commestio prescriptis diebus introduci in ea prouintia possit; sed omnino ea vigeat abstinentię obseruatio, quę vsq modo tam laudabiliter semper viguit.

Circa ientaculum vero sumendum die veneris in qualibet domo cuiuscumq prouintię declaratum fuit, et pręsenti decreto sancitum, vt iuxta antiquum nrę Religionis morem aliter in quantitate se habeat ab eo ientaculo, quod die ieiunij ecclesiastici sumere licet.

Decretum 5. circa recreationem Regularem, & quotidianam.

Const. pars. 1ᵃ C. 14. f 27

Cum ex nrę constitutionis lege quinto decimo quoq die communis recreatio domi

domi, s. ruri habenda sit, discussum fuit a Patribus an ea, quę ruralis erit, limitari sic debeat, ut tot vicibus fiat, et non amplius? et conclusum est id totum remitendum esse (prout presenti decreto remittit.) arbitrio, et prudentię superioris, qui quod expediens iudicauerit executioni mandabit. Discussum etiam fuit, an mensa, quę ipsomet recreationis ruralis tempore habetur lectione, et silentio condiri debeat? et concluserunt patres, sanctorum vestigijs inhęrendo, ut tempus illud remissioni, religiosę, et modestę recreationi ita tribuat, ut disciplinę rigor ita discrete lentescat, ac proinde neque lectio ibi sit, neque silentium indicat. Insuper autem declaratum fuit facultatem ruri pernoctandi, quę iuxta constitutiones subditis concedi potest, eodem modo ad superioris personam extendendam esse.

Denique declararunt Patres, ut quotidianę recreationis tempore ad maius obseruantię robur libera cuique de rebus indifferentibus loquendi facultas, ad Religiosam animi laxationem relinqui debeat, nec illud tempus ad certas quasdam locutiones esse arctandum.

Decretum 6. circa concionatores, et infirmos

Cum nostra constitutio facultatem concionatoribus concedat, in cubiculo quadragesimali tempore comedendi; presens capitulum declarat, et decernit, ut qui in quadragesima tribus in hebdomada non continuatis diebus contiones habuerit, is sane in cubiculo comedendi illis ipsis diebus, non autem alijs licentiam habeat; et non nisi mane, si fuerit mane concionatus, et non nisi vespere si vespere. Const. pars 1a C. 29. f. 56.

Simul etiam decreuerunt Patres, ut qui Religiosus infirma valetudine detentus in quadragesima, vel aduentu carnem comedere de sententia medici necesse habet, is quidem in Refectorio, non in propio qui ei competit loco, sed seiunctum ab alijs ad comedendum sedeat.

Decretum septimum circa vestes viatorias

16. Viatoriæ vestes aliquib9, qui frequenter iter agere debent, a Supe. asignari po-
sint; sic tamen vt in communi loco adseruentur; et omnino communitatis esse
intelligantur, ac semper superior de eis ad libitum disponere possit.

Decretum 8. circa rerũ custodiam in cubiculis

Const. pars 1a. C. 4. f. 7.

Qui a cubiculo res sine licentia accipere non verebitur, grauissime puniatur, et ad eas conseruandas pręsens capitulum facultatem concedit confesiona-rijs, concionatorib9, lectoribus, ac procuratorib9 eas clauè in arculis, vel arma-rijs obseruandi.

Decretum nouenum circa litteras, quę ad Patrē Generalem scribunt.

Litteraę quę ad Patrem Generalem, et ad eius consultationem mittunt, impensas soluat, ea dom9 quę eas mittit; sed et distincto fascicullo colligentur ab ijs, quę ad alios Religiosos dant, et idem, quoad omnia seruet, de litteris, quę ad Patrem Rmũ Generalem scribentur.

Decretum 10. circa pęnas

Et si varijs modis Religiosorum delicta possint puniri, nihilominus tamē pręsens capitulum expręsse prohibuit (prout pręsenti decreto expręsse prohibet) ut nullo vnquam tempore cuicumq Religioso ob quodlibet patratum crimen pęna treremium possit infligi.

Decretum 11. circa trinam monitionem

Const. pars 2a. C. 15. 113. C. 9. 7. d. 10. f. 4.

Circa facultatem trinam monitionem faciendi, pręterea quę in constitutionib9 habent.

habentur; visum est presenti capit.º hoc alio decreto statuere, prout statuit; vt si forte aliqua ratione contingat, in domo residentiæ Prouincialis [illegible] reperiri in locali gubernatione personas distinctas ab ijs, quæ in Prouinciali regimine collocantur; tunc ad aliquam ex trinis monitionib. Religioso ibi assignato faciendam, Prou.ᵘ velut localis Præpositus se habeat; et si in locale caplo. ad duas partes concludatur monitionem faciendam esse, ea tamen executioni mandari non possit, nisi Patris Generalis, et assistentium confirmatio accesserit; quæ nihil ominus Prouincialib. regionis longiquæ necessaria non erit.

Decretum 12. circa suffragia in morte Assistentis Generalis.

Assistente Generali vita defuncto præter suffragia, quæ in propia domo ei debentur; omnes alij in vniuersa Religione missas celebrent pro eius anima, singuli singulas. Const. pars. 1.ª C. 19. f. 35. C. 9. 10 & 31. f. 48.

Decretum Vltimum circa locum 2.ⁱ nouitiatus

Cons. pars. 2.ª C. 13. f. 107.

Cum ex vi constitution. 2.º nouitiatus in ea domo constitui non possit, vbi primus habetur; nihilominus habita ratione ad domorum nrę Religionis paucitatem, quæ hoc tpe constitutæ reperiuntur; præsens capitulum dispensauit; vt donec domus multiplicentur, tam primus, quam 2.º nouitiatus in eadem domo existere possint, habitatione tamen ab inuicem separati.

Finis Huius Capituli.



Decreta Capituli Generalis noni habiti anno millessimo sexcentessimo decimo quinto.

Decretum 1m. circa votum, & iuramentu dignitates non ambiendi.

Const. pars. 1a. c. 6. f. 11.

Quod in prima constitutionum parte cap. 6. N. 5. dicitur his verbis (Sub graui etiam pena cunctis iniungit, ut superiori statim reuelare, etta.) declarat Patres intelligendum esse, et executioni mandandum iure nature, ac diuino seruato quoad correctionem fraterna, & non aliter; grauiter puniend, qui secus fecerit.

Decretum 2. circa deuotionem Beate Marie, & orationem communem.

Beatissimam Dei virginem Mariam, ut peculiare nre Religionis patronam, et aduocatam precipuo pietatis afectu omnes prosequant. adq ad eius patrociniu, et presidium fidenti animo confugiant, et ideo bis in die in principio, vel fine communis orationis, tum matutine, tum vespertine intra tntpis spatium eidem orationi designatum Beate virginis litanie simul a nostris recitent; uno inuocante, ceteris vero respondentib; in omnib etiam nris ecclesijs, que eidem Beate Virgini SS. dicate, omnes, et singule eius festiuitates, etiã que de precepto non seruant, solemni ritu celebrentur.

Iam vero quod attinet ad orationem in collegijs, seu domib, studioz communis oratio secunda non immediate post primam fiat, sed media hora inter=

intercedat a fine primę usque ad principium secundę.

Decretum 3. circa expositionem Sacramenti Eucharistię in collegijs

Prouintiale capitulum decernat, in quo nam prouintię collegiorum, seu domo studiorum 1a. mensis Dominica debeat, vel non Eucharistię sacramentum in altari exponi iuxta formam constitutionis 1a. parte. cap. 30 N. 2o. f. 58.

Decretum 4m. circa comestionem extra domum

Const. pars 1a. c. 14 f. 23.
C. G. 13. D. 24. f. 67.

Propositum fuit, an concedendum sit, ut nri Religiosi semel, vel bis in ãno in domib. patrum suorum comedere possint, et conclusum est, seruandum esse rigorem constitutionis, quo id vniuersaliter prohibet.

Cęterum Superiores ad libitum licite poterunt (cum animi recreãdi caussa vna simul exeunt Religiosi) aliquo ianctaculo eos recreare.

Decretum 5. circa vestes exteriores

Const. pars 1a. c. 14. f. 24.
C. G. 8. D. 2. f. 13.
C. G. 10. D. 39. f. 50.
C. G. 11. D. 2. f. 53.

Vestes exteriores (quę tunica, domestica toga, et pallio constant) pro Italię Regione in domo neapolitana, e sasanensi panno fiant, ad constitutionis pręscriptum; in reliquis autem locis, et Prouintijs Italię e pãno vergamensi eo scilicet qui vulgo dicitur (panno basso di vergamo) hic enim a Genli capit.o sasanensi panno similis existimat.r: In hispaniaque vero prouintia tunica, et domestica toga e panno fiant, qui ibi vulgo dicit.r (sayal) non quidem illo rudiori, sed eo qui mediocriter est subtilis, et quem procuratores illius prouintię pr̃cti cap.o inter essentes induerunt; Cęterum palium ex eo panno fiat quem Prouinciale capitulum designauerit.

De=

Decretum 6. circa ea quę ad prefectum studiorum, lectores, et huiusmodi cęteros attinent.

Const. pars 1a C.33. f.63.

Nemo ad prefecti studiorum officium assumi poterit, qui prius lectoris officio perfunctus non fuerit, vel sit in actu Theologię lector.

Proinde prefectus hic studiorum, scilicet etiam lectores necnon (vbi ex more prouintiarum deputari solent) magistri scholasticorum pręcedentiam habeant respectu eorum scholasticorum, qui sacerdotes existentes ordine antiquitatis deberent pręcedere; eandem etiam pręcedentiam habeant, prefectus respectu lectorum, et lectores respectu magistri scholasticorum; idque totum intelligatur solummodo pro eo temporis spatio quo predicti in actu suo officio perfunguntur.

Cum autem solemnes disputationum actus habentur, poterunt licite lectores, qui ijs actibus assistunt, scilicet etiam scholastici, qui propositas theses defendunt in cubiculo comedere, eo prorsus modo quo id contionatoribus conceditur ipso die, quo contionem habent.

Iam vero lector posquam viginti annorum spatio Theologiam, vel Philosophiam legerit, poterit licite in vno ex nostris collegijs, seu domibus studiorum suę Prouintię habitare, et conuiuere, nisi interim fuerit ad aliquod gubernationis onus in alia domo subeundum electus; collegij autem designatio a Prouincialis arbitrio dependebit.

Porro lectores humanitatis sint diebus ferialibus a choro immunes, et quamuis simplices clerici sint, onera tamen clericalia, siue quoad lectionem in mensa, siue quoad reliqua, quandiu hoc offitio perfunguntur, nequaquam subire teneantur.

Const. pars. 3a C.9. f.140.

Decretum septimum circa substentationem collegiorum

Vt collegijs, seu domibus studiorum, quę congruam non habent substentationem ad-

ad scholasticos nros alendos prouide in hac parte consulatur; decreuerunt patres, vt quęcumq bona, quocũque titulo, l, ratione ad nouitium profitentem peruenerint, eorum omniũ media pars illi collegio omnino aplicet; in quo nouitius ille, l, fuerit ad ingressum Religionis admissus, l, opera, et industria eoꝝ, qui in eoꝝ collegio degunt, recept9; et eodem modo 4ᵃ. pars bonoꝝ, quę quolibet titulo ad nouitium illud, qui in domo exertitiorum est admissus, l, opera, l, industria eoꝝ, qui in eadem domo degunt, recept9, peruenerint, collegijs eiusdem prouintię aplicetur.

Veruntamen hęc omnia bona, siue quoad medietatẽ, siue quoad 4ᵐ. partem, quę explicata ratione collegijs acquirentur, nullo modo alienari poterunt, sed omnino ad annuos reditus reddendos destinentur; cęterum postquã collegium sufficientes ad eius substentationem annuos reditus habuerit, hęc obligatio aplicandi, siue medietatem, siue 4ᵐ. partem omnino ceset; idq decretum indispensabile prorsus erit etiam a consultatione Generali, quoad omnia, et singula.

Decretum 8. circa conclusiones disputandas, et quasdam orationes latini sermonis

Conclusiones omnes, quę disputandę typis mandantur, sᵗ. etiam orationes latini sermonis, quę in principio Studioꝝ, et in alijs actib9 solemnibus recitant, in vno volumine collatę conscribant, et ad futuram rei memoriam in archiuijs domus seruentur, quod quidem volumen nullo modo alijs pręterq nris Religiosis a Superiore detur, legendum.

Decretum 9. circa onera clericorum.

Vbi in aliqua nra domo contingat sex simplices clericos non esse, qui clericalia

ricalia onera subeant, Prou.[li] arbitrio stet, vt possit ad hęc onera etiam sacerdotes secundi grad.⁹ (dummodo capitulares decissiui non sint) vsq̃ ad hunc numerum sexenarium deputare; ex his tamen, qui ãtiquitate posteriores erunt.

Decretum 10. circa onera sacerdotum, et confessorum.

Const. pars 1.ª C. 28. f. 53. C. G. 7. D. 25. f. 10.

Circularis residentię onus in ecclesijs nrīs ad sęcularium confessiones audiendas, ex constitutionum legē prescriptum sacerdotes confessarij hac ratione subeant, vt semper circulus a sacerdote confessario antiquitate posteriori inchoetur; et spatio septem dierũ vnius scilicet hebdomadę claudat; adeo vt si singuli confessarij ~~antiquitate~~ in singulos dies ad hoc onus deputandi erunt, septem solũmodo confessarij antiquitate posteriores in eo circulo comprehendant; Cęteri vero antiquiores, qui supra septem remanent nequaquam, et eodem modo si duo, l, tres in singulos dies, predictę residentię designẽtur, semper ab vltimis inchoetur, donec vnius hebdomadę circulus compleat.

Proinde dieb.⁹ festiuis vltimas missas celebrent sacerdotes ij, qui non sũt confessari, vt ipsis confessarijs secularium confessiones audiendi expeditior facultas relinquatur.

Decretum 11. circa ea, quę ad nouitios attinent.

Const. pars 2.ª C. 3. f. 84.

|| presens Gen.le Cap.lis declarat, ac definit id intelligi et debere de professione emissa

+ Calatrauę, Alcantarę, et S. Ioannis,

Cum inter impedim.ta primi generis, quę admissioni ad ingressum nrę Religionis indespensabiliter obstant, vnum sit professio in alia Religione, emissa, || a Religiosis quatuor ordinum militarũ hispaniarũ Prouintię, nempe S. Iacobi, + etc, ab ijs, qui horum ordinem ibi vulgo dicunt (freyles) hęc enim professio, nequaquam admissioni ad ingressum nrę Religionis obstabit; dummodo is idẽ professus, qui ingredi petit in alia prius Religione professionem non emiserit.

Proinde vt nouitiorũ educationi prouide consulatur, quamuis ad eorum con=

confessiones audiendas soli magistro cura demandata sit, ex constitutionum = prescripto, superior tamē quater in anno extra ordinarium confessorem eis designet.

In eiusdem etiā sup.ᵘ instructionib, describat, ut ipsi magistro singulis mensibus aliqᵈ. det pecunię (adeoꝫ nouitioꝫ numerum habita ratione) qua possit quib,dam ipsorum necessitatib, occurrere, et aliquo iētaculo eos recreare.

Decretum 12. circa vocem decessiuam

Nemo possit per viam sucessionis vocem decesiuam consequi, quim prius peracto cursu studioꝫ Theologię, l, casuum conscientię prout inconstitutionib, disponitur, examinatus sit, et aprobatus ad faciendos disputationum actus, l, priuataꝫ in scholis, & reuera conclusiones defenderit. Const. pars. 4. c. 8. f. 155.

Cęteroꝫ quicumq vocem deccesiuam via successionis consequuntur, ij ad hos tantū gubernationis gradus eligibiles erunt, nempe ad gradu vicarij, magistri nouitioꝫ, pręsidis localis, consultorijs localis, et secretarij localis; ad cęteros autem cuiuscumq gubernationis, siue Generalis, siue Prou.ᵘ siue etiā localis gradus nullomodo eligi, l, asummi poterunt, donec via electionis, iuxta constitutionis formam decessiuā vocem consequant; Intendit tn̄ pręsens Generale capit.ᵐ quo ad hanc eligibilitatem post prędictam vocis decessiuę consecutionem non obligare professos omnes, qui a die publicationis huius decreti in nr̄a Religione usq professionem emiserint, nec etꝫ nouitios illos, qui elapso prouationis tp̄e, professionem tamē a die publicationis huius non emiserint ob defectum ętatis.

Iam vero qui vocem decessiuam via electionis consequunt; ij ad oēs et singulos gradus cuiuscumq gubernationis eligibiles erunt.

Decretum 13. circa ea, quę ad Superiores attinent.

Nemo ex nr̄is Superioribus onus nouaruꝫ precum cuiusmodi ss. litanię, et similes.

24.

Similes breues orationes communitatẽ imponere posit, nisi per mens^s, vltraquẽ si necesitate aliqua vrgente p̃sequendę continuatione opus esset, consultationis localis concesensus accedat.

Const. pars 1.^a C. 20. f. 38. Poterit Superior religiosos aliquos ad loca vicina mittere, vbi occass.^e sumpta sermonis, l, confessionis licebit eis ẽlemosinas ab aliquibus eius loci petere, easq̃ colligendas alicui familiari relinquere, qui postea illas ad nostram domũ transmittat.

Pars 1.^a Cõst. c. 4 Cum superior cubicula religiosoȝ visitat, capsulas, seuarmaria, quę contionatores, lectores, confesarij, et procuratores, ex concess.^e Cap.^i G.^i Gen.^lis clabe obserata in cubiculis habeant, ne aperiat, nisi eo presente, cuius sunt vsui destinata; nõ liceat superiori, nec licentię concedere, vt mulieres rus nostrum ingrediantur, nec illas illuc introducere.

Decretum 14. circa Procuratores Prouintiarum

Const. pars 4. C. 29. f. 218. Const. pars 4. C. 24. f. 205. C. 9. g. Q. 6. & Proui.^a Hisp. f. 30.

Procuratores prouintiaȝ ad Generale Cap.^tm destinati post eius cellebrationẽ ingrediantur, enim^i mediatẽ Prouinciale Capit.^m quod cogetur, vnusquisq̃ in sua prouintia, tamquam eiusdem visitatores, et in eo tius sufragij, quoad oĩa habeant, et aliquo eorum quacumq̃ ratione deficiente ingrediat.^r sustitutus.

Decretum decimum quintuȝ circa Asistẽtiuȝ litteras.

Const. pars 1.^a C. 21. f. 41. Litterę quę ad Asistentes Patris Gentis a nris Religiosis dantur; in quarum subscrip.^te additur. (verbulum soli) ab ipso patre Genti nequaquam legant; idẽ seruetur, de litteris datis ad Prou.^s Asistentes a subditis eiusdem prouintię, vt scilicet cum in ea.^rum subscript.^e additur. (soli) eas Prouincialis non legat.

Decretum 16. circa consultationẽ, Gen.^tm, et Prouint.^lem

Vt Generalis consultatio semper ex quinq patrib9 suffragij in ea habentib9 constet, nempe ex Patre Genli, et quatuor eius Assistentibus, prescribit constitutio, vt vno eorum absente ipso facto procurator Generalis subrogatus intelligatur, alio etiam deficiente secretarius Genlis, Vlterius autem presens Genle caplm decernit, quod si adhuc tertio loco alium abesse contingat, antequam hic discedat, per secreta suffragia ab eisdem consultationis patrib9 tertia fiat subrrogatio vnius ex decessiuis capitularib9, qui Rome resident.

Const. pars 4. C. 10. f. 161. et Const. pars 4. C. 19. f. 199. C. G. 10. d. 16. f. ~~42~~.

Et eodem modo || prima subrrogatio erit secretarij Prou.li ipso facto ad constitutionis prescriptum: 2a v° quamuis ipso etiam iure ex eiusdem constitutionis decreto esse debeat primi consultoris dom9 residentie Prou.lis: presens tn Genle. caplm iuxtas ob causas definit, vt tam hec 2a. quam etiam 3a. ab iisdem Patrib9 consultationis Prou.lis ante discessum eius, qui discedere debet, per secreta suffragia fiant ex num° eorum Patrum Capitulariu decessiue vocis, qui in eadem ciuitate residentes permanent.

|| in consultatione Prouinciali.

Const. par 4. C. 10. Const. pars 4. C. 26. f. 212. et 213. C. G. 10. d. 16. f. 39. et d. 43. et C. G. 9. d. 6.

Preterea etiã decreuit, vt litteras oẽs, que a Genli, vel Prou.li, insuper a locali consultat.e scribent, solus secret.9 subscribat, et sigillo Religionis communiat, non tamen mittant, quin pri9 iterum in eisdem consultationib9 legant. Deni= q Genlis consultatio, siue etiã || Prou.lis instructiones faciat pro nris his Religiosis, qui in domo hospitij resident, ad fundationem complete peragẽda, habita locorũ, temporum, ac personarum ratione.

|| Consultatio

Decretum 17. circa archiuij curam.

Qui curam habet archiuij nequaquam possit aliquam ex scripturis in eo adseruatis quomodolibet alijs dare, aut eam transcribere, sine preuio, et expresso superioris consensu, et si aliter egerit, grauiter puniatur.

Decretum decimum octauũ. circa Sacrificiũ Misse, ac penitentie Sacramentum.

Qui=

26\. Quilibet sacerdos semel in mense, pro se, l, pro suis parentib9, aut pro quauis re ad libitum sacrificium missę poterit celebrare.

In missa solemni, quę singulis mensib9 dicit. pro nris defunctis in oratione, (Deus venię largitor) non omittant: illa verba (propinquos, et benefactores)

Const. pars 1.a C. 10. f. 17. C.G. 10. D. 4. f. 35. Quater in anno singulis professis, cum eis videbitur, peccata sua confiteri licebit cuilibet ex nris sacerdotib9, etiam si deputatus confessari9 non sit, dummodo tamen sit aprouatus a superiore, vel ab ordinario. ~~loci~~.

Decretum 19. circa infirmorum curam.

Const. pars 1.a C. 19. f. 33. Infirmari9 per se, l, per alium ęlemosinas pro infirmis quęrat, quę habitę in communi capsa adseruent; & nullo modo ad aliud, quam ad infirmorum curam etiam a Superiore, expendantur.

Decretum 20. circa potestatē donandi.

Const. pars 3.a C. 5. f. 133. C.G. 7. D. 14. f. 6. C.G. 10 D 42 f 52. C.G. 11. D. 12. In septimo Genli Capit.o decretum circa potestatem donandi fuit, latū hoc modo; scilicet (facultatem elargiendi res graues. etc.a) placuit pręsenti nro Genli Caplo vnanimi consensu transferre, prout pręsenti decreto transfertq ad Patrē Genlm cum suis Assistentib9, idest ad consultationem Genlm, ad quā etiam transfert potestatem concedendi licentiam Religiosis easdem res graues donandi; & insuper ad Patrē Genlm facultatem transfert, vt se solo possit res leues donare, l, subditis licentiam easdē res leues elargiendi, concedere, et demum eandem facultatē modo explicato transfert, ad Proles regionis longinquę, vbi predicta constitutio Clementis 8.i esset recepta. hoc ~~genere~~ decretū in prędicto 7.o Caplo. Generali latum, placuit modo pręsenti Generali Capilo nono, confirmare, prout confirmat, et roborat; nullo tamē modo intendit derogare constitutioni, quatenus huic potestati donandi hac ratione decretę esset cōtraria.

Decretum 21. circa Regulas cōmunes.

Regulę, & obseruantię communes a pręsenti Geneli Capilo, nono prescriptę eodē

prorsus modo, et ordine, et ijsdem verbis, quib. latino idiomate explicantur, per vniuersam Religionem statim euulgent; sed typis mandare non debeant pro hoc presenti sexennio; cum vero typis consignari debebunt idiomate latino (quo sane cũc[t]ę nr̃ę leges conscriptę esse debebunt) consignent: ad idioma autem cuiuscumque nationis ad fratruum laicorum vsum transferri quidem poterunt, sed omnino, quę latino sermone conscriptę sunt, semper, et vbiq. pro originali habeantur.

Decretum 22. circa easdem regulas.

Cum insuper predictę regulę, et obseruantię communes ex constitutionum lege singulis mensibus publicę in Refectorij loco ad nr̃os vna congregatos perlegi debeant, decretum fuit, vt quę latino sermone conscriptę, perlegantur; ad fratres autem laicos semel etiam in mense in alio loco congregatos, Pater Vicarius eas legendas curabit, quę vulgari idiomate ab originali ipso translatę conscribentur.

Decretum 23. circa Psalmum (miserere) in Refectorij loco recitandum.

Cum gratię in Refectorij loco post matutinam refectionem, vna simul a nr̃is agent, Psalmus (miserere mei) non recitet, nisi solummodo in dieb. ferialib., quando offitium fit de feria, (exceptis tñ dieb. ieiunij) et recreationis, in qq. scilicet, et alijs dieb. quando offitium fit de festo, etiam simplici, Psalmus (laudate Dominum omnes gentes) dicetur.

Decretum 24. de plurium decretorum reuocatione.

Cum constitutionum leges in 8.° Geneli. capitlo. editę, et ex ante actis Genb. Capitulis precipue collectę, et digestę, satis suficienter nr̃ę Religionis rectam gubernationem

disponant; id circo ne legum multitudine obrruamur, placuit presenti Genti Capitulo de communi patrum consensu omnes alias leges, et decreta, quocumque nomine censeant; contenta in omnibus, et singulis Generalibus capitulis, in nostra Religione huc usque celebratis preter decreta septimi, octaui, et noni Capituli penitus reuocare, et ut presenti decreto reuocat, et pro reuocatis habere vult; adeo ut vim tamen nullam habeant; non tamen intendit presens capitulum confirmare decreta trium capitulorum predictorum, sed tamen ea non reuocare; declarat, etiam et decernit, quod cum constitutiones fuerint predicte post septimum Generale Capitulum in alio sequenti octauo edite, si decretum aliquod in eodem septimo habetur; quod predictis constitutionibus, et alijs legibus in octauo, et nono prescriptis aduersetur, illud vim nullam habeat.

Finis huius Capituli Generalis, pro alijs prouincijs ab hispania



Decreta peculiaria huius 9i. Generalis Capiti. pro hispaniarum prouintia.

Decretum primum, circa chorum in collegijs

Retulerunt procuratores hispaniarũ prouintię in collegijs nris, seu domib9 studiorũ iuxta morem eiusdem prouintię varia, ac laboriosa exertitia dieb9 Dominicis a scholasticis peragi, ac proinde petierunt, vt his diebus tantũ Dominicis matutinę preces in choro submissa voce dicant; et ab hijs solummodo, qui illas ex obligatione recitare tenentur; alijs autem scholasticis concedat; ne ad illas conuenire teneant; maximis eorum atentis laborib9; atque ad hanc instantiam concesserunt patres, vt prędictis diebus Dominicis in collegijs eius prouintię matutinę preces (hac explicata ratione) vt petierunt, dicantur.. Const. pars 1a. c.9. f.14. et Const. pars 3a. c.9. f.140.

Decretum 2. circa indumenta coriacea.

Ad instantiam procuratorũ eiusdem prouintię declaratum fuit, posse capitulum Prouinciale prohibere, ne ibi nri Religiosi femoralia coriacea induant, ex eo, quod in ea regione obseruantes Religiosi illis uti non solent. Const. pars 1a. C.14. f.26.

Decretum 3. circa ea, quę ad studia perttinent.

Cum multa sint circa materiam studiorum in regione hispaniarũ, quę peculiares leges requirunt in ea Prouintia obseruandas, ad instantiam procuratorum eiusdem prouintię || prout presenti decreto conceditur, vt decernere possit, quę ei necessaria videbuntur, circa hanc studiorũ materiam, et deinde quę decreuerint, ad Genelm. consultationẽ trans=

|| Conceditur Pro.li capło eiusdem Prouintię,

transmittat, vt eiusdem Generalis consultationis confirmatio, iuxta constitutionis formam accedat.

Decretum 4. circa collegium salmanticense.

Collegium nrum salmanticense an debeat incorporari scholę vniuersitatis? Prouinciale Capitulum eiusdem Prouintię (re maturę discussa) definiat.

Decretum 5. circa domorum fundationes.

Petentibus eiusdem prouintię procuratorib, decretum est, vt ibi hę tres fundationes pertractentur, et fiant; videlicet 1°. in ciuitate toletana; 2°. in ciuitate hispalensi; 3°. in ciuitate molinę de aragon, et ad eas peragendas sufficiat tamen consensus, vel consultationis Proulis, vel capituli Proulis eiusdem hispaniarũ prouintię.

Decretum 6. circa Prouintię Procuratorẽ ad Regem.

Const. pars 4. c. 24. f. 205 c. G. 9. d. 14. f. 24. C. G. 10 d. 43. Pro Glis Procuratoris desitne. pscribunt. Ceteris huiusmodi decretis quoad oia, et singula.

Prouintiali capitulo facultas datur, qua possit eligere, l. vnum ex Assistentibus, vel secretarium Prouintialem, vel quemuis alium patrẽ decisiui suffragij, qui apud curiam regalem totius Prouintię negotia gerat, et hic ingrediatur, pariter Proule Capitulum quamuis non sit Assistens, nec Secretarius, nec alio titulo illud ingredi ius habeat, ad triennium autem huiusmodi procurator in suo munere perdurabit; Desinere vero poterit omnib, his desinendi modüs quos constitutionẽ, vim solummodo habeat pro huius sexennij spatio vsq ad aliud Generale Captm, in quo iterũ hęc mature examinanda, et discutienda erit.

Decretum 7. circa admissionem Nouitiorũ.

Patri Prouintiali concedit, vt pro hoc sequenti sexennio possit (suorum Assistentium voto adhibito) aliquem bonę indolis, qui in alia Religione nouitius extiterit, ad nrę Religionis ingressum admittere, dummodo vrgeat necessitas, vt a Patre Generali expectari facultas non possit, quę tñ de ingressu statim certiorem faciat; quod si

Pater-

Pater Prou.[ii] hac facultate abuteretur, Pater Generalis poterit eam limitare vel tollere.



Decretum 8. circa electionem Capitularium

ue vocis

Ad instantiam Procuratorum eiusdem prouintię, concedit⁊ secundo Prou.[li] Capitulo, quod infra hoc sexennium ibi celebrabitur, vt possit tres tn̄ patres consultiuę vocis ad vocem decessiuam eligere.

Finis decretoꝝ huius 9.[i] capituli Generalis.





Decreta Decimi Capit. Generalis habiti Anno 1621.

Decretum Primum circa paupertatem

1 Const. Pars 1. Cap. 4. f. 4

Omnibus nris Superiorib, districte precipitur, ut diligenter inspiciant, si vestes interiores relicaria, et alia huiusmodi apud nros sint, que, l, materia, l, artificio, et curiositate excedant modum nre paupertatis; et que talia inuenerint, statim auferant; de cetero vero non permittant talia fieri, || l, introduci; et si qd dubium exoriatur, circa excessum talium rerum consultationis localis arbitrio stetur. Expresse insuper prohibetur, ut non solum auree, et argentee reliquiar, aliarumq sacrarum rerum capsule, sed nec etia deaurate, aut deargentate, apud nos retineantur.

Preterea siquis pecuniam apud se, l, apud alios ultra dies tres sine superioris licentia seruauerit, ac retinuerit, tanquam proprietarius reputetur, adq multetur. Ulterius si contingat alicui ex nris relinqui, l, committi confidentiam aliquã, seu administrationem pecunie, aut per annuos reditus, aut ad longum tempus id onus non suscipiatur, nec tales pecunias administrari possit sine licentia consultationis Generalis; qd autem huiusmodi confidentia committat ad breue tps pro aliqua vice sufficiat, tunc licentia, et facultas Superioris localis. Districte etiã precipitur, ut omnes, qui huiusmodi confidentias prius dictas iam ante susceperint, statim referant ad consultationem Genelm, atq consultatio Generalis disponat modum, et formam, qua talis administratio sit exercenda; qui contra fecerit, ut proprietarius habeat, et ut talis sit puniendus.

Decretum secundum, circa obedientiam

Const. pars 1a. C. 5. f. 10.

Illud quod in constitutionib, prescribit, non posse, scilicet Superiorẽ localem sine

sine consensu Capituli, et Prouincialem, aut Generalem sine suorum Assistentium voto atque consensu preceptum sanctae obedientiae communitati imponere, sic intelligendum esse, declararunt patres, ut non possit sine predicto consensu imponere communitati, nec toti includendo omnes, et singulos Religiosos professos alicuius domus, nec maiori parti illorum; de cetero vero possit.

Decretum 3. circa orationem mentalem.

In omnibus nostris domibus, non solum nouitiatus separati, atque recessus, sed in domibus pariter exertitiorum (exceptis solummodo collegijs) circularis oratio, ex primeuo nostri ordinis instituto habeatur, eo modo, et forma, qua in constitutionibus statutum est, fieri debere in ipsis domibus nouitiatus separati, atque recessus: ideoque in eisdem domibus exertitiorum oratio communis, tam vespertina, quam matutina, ad semihorae spatium contrahatur; ita vnanimi Patrum consensu, nemine discrepante in presenti Generali Capitulo definitum est, atque conclusum; imo etiam petendum esse a Sede Apostolica, vt hoc decretum in ipsismet constitutionibus inseratur, in Capitulo de oratione mentali 1.a p.te Cap. 8. quod quidem cap. iuxta tenorem huius decreti disponendum erit, in hanc formam videlicet intitulo cap. 8.i de oratione mentali. Const. pars 1.a c. 8. f. 12.

Cum inter omnia contemplationis exertitia primas obtineat vices mentalis oratio, de ea primo agendum, et sane dupliciter, in nostra Religione eam instituendam esse decernimus; primo vt communiter singulis domibus ab omnibus nostris vna in choro, vel in ecclesia, aut etiam oratorio congregatis quotidie bis in die peragatur, mane, et vespere; et matutina quidem oratio, vbi chorus quotidianus erit, statim post absolutas preces matutinas habeatur; vbi vero quotidianus non erit, vt in collegijs paulo post tempus illud quo preces illae matutinae in choro persolui deberent, vt late infra dicetur; cum de exertitiorum ordine in 3.a parte agemus; Vespertina autem oratio eo tempore peragatur; quod Prouinciale Capitulum, habita locorum, et regionum diuersa ratione, designabit, Sed et temporis spatium quo vtraque communis oratio concludi debebit, sic se habeat; in collegijs matuti=

matutina ad horam vnam, vespertina addimidiam, excurrat, In domib9 vero exer=titiorum, recessus, et nouitiatus separati, ibi semper circularis oratio, preter communem peragat; de qua mox infra tam matutina, quam vespertina singulis vicibus medie hore spatio absoluetur; ceterum vt nemo sit, qui ab hac communi oratione aliquo pre=textu habere possit, statuatur, mane prima, et 2.a oratio, vt siquis a 1.a abesse cogatur; (habita etiam prius a Superiore licentia) secunde interesse non excuset; sed et vesper=tinam orationem geminare non refert; proinde nemo sit, qui ab incepta orat.e ante=quam communit. absoluat, abscedere audeat, nisi forte graui necessitate compuls9, quo etiam casu licentiam, et benedictionem ab eo, qui preest, petat.

Const. pars 1.a § 8. t. 13.

Iam vero preter communem hanc alia etiam in domibus recessus, nouitiat9 separati, et exertitiorum instituenda erit, mentalis oratio, que quotidie vicisim in orbe assi=dua reuolutione, sed interdiu tantum in choro peragat; singulis horis, singulis Reli=giosis ad eam designatis, quam ideo circularem placuit appelare, hocq erit in his do=mibus precipuum nre Religionis munus, per quod semper in actu diuino conspectui possit astare, non solum vite sanctitate iuxta illud Domini, oportet semper orare, et numquam deficere; sed et orationis assiduitate, vt docet nos B. Basilius dicens, orationis tps, sit vra vniuersa vita, quod quidem cum singulis quibusq personis impossibile sit, volumus, vt saltem vicissim, quo ad eius fieri poterit, expleat, in predictis domib9; ex quo tandem fiet, vt veluti lampas semper ardens luceat, adstando ante conspec=tum Domini, nra Religio, lucis fulgorem deinde proximis effusura; porro autem incipiet, hec circularis oratio statim mane post peractam 2.am orationem commune, eritq assidua, nec vlla vnquam ratione interdiu cessabit, nisi dum canonice hore persoluentur; l, aliud in choro cantabitur: In ea vero tum Ecclesie Catolice, congregatio=nes nre, nostrorum benefactorum, tum vero precipue felicis recordationis Sixti quinti Ponti=ficis maximi meminisse debem9, iure enim et merito eius animam Domino commen=dabimus, cuius auspicis, dum Xpi vices in terris ageret, nri ordinis institutu ortum ha=buit, et incrementum; postremo, tam in circulari, quam in communi oratione, non li=cebit cuiq, toto illo tpe, quo orat, officium diuinum, aut etiam Beate M.e l, defunctoru

persoluere,

persoluere, sed neq lectioni alicuius libeli quantum bis pij incumbere, nisi forsam iubandę memorię, et firmandę mentis studio versiculos paucos de illo legere opus habeat, Cęterum quicumq alius constitutionis locus, qui de oratione mentali mentionem faciat, ad tenorem, et formam huius decreti, mutatis mutandis, disponat; addendus autem quod etiam antequam confirmatio prędicta a Sede Apostolica obtineat, executio huius decreti non impediatur, nec retardetur. || cõmuni et circulari insup dictis domibus

Decretum 4. circa Pęnitentię Sacramentũ.

Quod in precedenti Genli nono capitulo, sesione 3. decreto 18. concessum fuit nris Religiosis, ut confiteri posint, quater in anno cui voluerint ex nris sacerdoti approbato, l, a super.e l, ab ordinario loci, non intelligatur de casibus reseruatis, et q. addit, de sacerdote approbato ab ordinario loci, intelligatur de approbato semel ab aliquo ordinario cuiuscumque loci; ita de nouo in pręsenti capitulo definitum, atq statum fuit. Const. pars. 1a c. 10. f. 17 C. G. 9. d. 18. f. 26.

Decretum 5. circa modum gerendi barbam.

Ad hoc ut certam uniformitatem nri Religiosi in modo gerendi barbę obseruent, visum fuit definitam aliquam mensuram, quo ad eius fieri posit, taxare; proinde cum tali mediocritate demittant pilli, ut longitudo eorum ab extrema, et infima parte menti ad unius tantum digiti latitudinem protendat; at neque etiam submẽto quisque pillos radat. Const pars 1a c. 14 f. 26.

Decretum 6. circa Abstinentiã ferię 6e.

Const pars 1a c 15 f. 28 C. G. 8 d. 4. f. 14.

Cum in constitutionib9 concedat, ut quando feria sexta incidit post diem natalis Domini, l, post precedentem # ieiunij diem, non ieiunet, declaratum est, omnino esse adhuc ab obis et lacticinijs abstinendum. # aut ante diẽ sequẽtem ieiunij.

De=

Decretum 7. circa recessum a reb9 secularibus.

Const. pars 2a. C.26. f.47. Nulla ratione liceat nris Religiosis inuitare exteros ad comedendum in cellis priuatis, alio ue loco domus extra Refectorium commune; et cum eisdem ibi comedere, nisi ex grauissima causa, et quam rarissime, ac de Supe.ii licentia; quam quidem non nisi dificilime, et intuitu alicuius insignis, ac spectatę personę eis concedendam esse peroptamus.

Decretum 8. circa Receptionem nouitiorum.


Const. pars 2a. C.3. f.86. Nouitij ad collegia confluentes, ibiq Religionem ingredi postulantes, possint capitariter admitti in ipsis collegijs, atq si collegium in ea ciuitate, aut loco sit, vbi non adsit dom9 exertitiorum cum suo nouitiatu coniuncto, l, nouitiat9 separat9, Capitulum locale collegij plenam facultatem habebit, admittendi nouitium non expectata alia licentia Patris Prou.is ita ~~tamē~~ vt quē admiserit nouitium, statim ad domū nouitiatus, l, coniuncti, l, separati transmittat.

Decretum 9. circa confessionem nouitiorum.

Const. pars 2a. f.104. C.12. Nulla ratione liceat nris sacerdotibus nouitiorum in p.o nouitiatu sub cura magistri degentium, confessionem audire, nisi ex concessione, et consensu magistri nouitiorum, l, superioris; qui contra fecerit a confessione tam secularium, quam Religiosorum sit ipso facto suspensus, et suspensio Generali, aut Prou.li, reseruata manebit.

Decretum 10. circa Professos in 2o. Nouitiatu degentes.

Const 2a. pars. C.13. f.107.


Cum in constitutionibus 2a. parte cap.i 13. expresse prescribat. omnes clericos professos=

professos statim, ac professionem emisserint, ad 2.m nouitiatum sub cura alterius magistri transferendos, ibiq. per biennium commorari debere. Patres huius presentis Capli censuerunt, tale tpus protrahi oportere; proinde huiusmodi clericos professos usq. ad sacerdotium in 2.o nouitiatu sub cura prefecti continendos esse iusserunt; nec quemquam infra id tpus, nec Pater Generalis, aut Prouintialis sine Assistentium voto educere possit.

Decretum LI. circa fratres laicos nouitios extra nouitiatum degentes.

Const. pars 2.a c. 9. f. 97.

Fratrem laicum nouitium elapso sex mensium spatio ex primo nouitiatu eductum, et inter professos commorantem, ita in omnibus regat, ac dirigat, ac si esset, cius magister nouitiorum, super illum plenariamq. ‖ instar Magister potestatem habeat; itaq. ab illo licentia, atq. consensus, si nouitium prepositus dimittere vellit; itemq. relatio debita, et moribus pro illo tpe, quo eius curam gesserit, si ad professionem admittendus sit, exigat.

Sacerdos ille a supre deputandus, vt eius curam gerat, Pars. 2.a Cost. Cap. 9. fol. 97. et C. 14. fol. 110.

Decretum L2. circa licentiam professis ad transeundum in aliam Religionem.

Licentiam alicui ex nris professis transgrediendi ad aliam quamcumque Religionem, dare non possit, nisi consultatio Generalis, aut Prouincialis, et aliter data non valeat.

Decretum L3. circa assignationem Religiosorum, et hospitium.

Quotiescumq. Pater Generalis, aut Prouintialis transfert aliquem ex nostris in aliquam domum, non tamen illum ibi assignando, talis Religiosus elapso mense

mense a die aduentus in eam domum, ipso facto ibi assignatus ex vi presentis decreti intelligatur; nisi Patri Genli, aut Prou. de Assistentium voto videatur, hospitiu prorrogare; pręterea qui existens in vna domo a Patre Genli, aut Prou. designat, aut destinatur, ad aliam, numquam admittat ius assignati in illa domo priori, donec realiter ab ea discedat, nisi item Pater Genlis, aut Prou. aliter de Assistentium voto disponat.

Decretum 14. circa res, et bona domorum.

Quoniam si nimis facile bona nostraque domorumque exteris commendent, domus nostrę ipsorum bonorum, l, iacturam, l, detrimentum incurrere possunt; id circo nihil ex nris bonis, quod alicuius considerationis, et valoris sit, exteris commodetur, nec etiam ab ipso Sup. nisi de suorum consultorum consensu; poterunt tn libere commodari alijs nris domib9, l, ecclesijs, atque oratorijs intra nras domos inclusis.

Decretum 15. circa exportationem librorum.

Const. pars. 1a. C. 20. f. 39.
C. G. 13. D. 15. f. 67.
C. G. 15. D. 1o. f. 76.

Ob magnam librorum in nra Religione in presenti statu penuriam, presens Genle Capitulum facultatem tribuit, et concedit, vt per duodecim ab hinc annos cuicumque ex nris liceat in quamcumque domu, et ciuitatem migrauerit, decem libros, seu volumina ad suum arbitrium asportare, ex his tn libris, quos de licentia Sup. elemosinis ad hunc finem adquisitis, ad suum vsum coemerit, relicta omnino eorum, quos trāstulerit nota, librario, seu Supe. domus a qua libros eduxerit, vt sciat, cuius dom9 illi sint, et ad illam tandem reportari debere.

Decretum 16. circa consultationem Generalē, adque Prouincialem.

Consultatio Genlis cum caput sit totius nrę Religionis, atq consultatio Prouˡˡ. suę prouintię, debet in eius bonum, quam per bigili cura intendere; idcirco eius congregationę, non ultra octo dierę spatium protrahendam esse, hi Patres Capli censuerunt: itaq semel in qualibet hebdomada Pater Genlis, vel Prouˡˡ. illam conuocare, et cogere teneat; die ab eadē consultatᵉ. designata, quod si Genlis, aut Prouˡˡ. illam congregare recuset, cęteri Patres consultationis possint ex vi presentis decreti congregari, et consultationem peragere; et similiter si die statuta Pater Genlis, aut Prouˡˡ. absens sit a ciuitate suę residentię, possit consultatio congregari, atq in tali consultatᵉ. expediat omnia negotia occurrentia, quę ex pręcipto nostrarę legum, Genlis, l, Prouˡˡ. de voto suorę Assistentium expedire tenetur, vnde proponi, atq tractari debet, non solum quidquid ipse Pater Genlis, l, Prouˡˡ. sed etiā quidquid tres Assistentes proponendum, atq tractādum esse, ex rebus scilicet ad consultationem expectantibus, iudicauerint; si vero dubium aliqᵈ. oriatur, de re quapią, an ad ipsā consultationę, an vero ad solum Genlem. l, Prouincialem pertineat, tunc quatuor Assistentię arbitrio standum erit, ita ut si quatuor coniunctim conueniant, rem secundū tenorem nostrarę legum ad consultationem expectare, in consultatᵉ. proponat, et pro maiori pᵗᵉ. ipsius consultationis definienda erit; ut autem quę in consultatᵉ. determinata fuerint executioni mādentᵘʳ; eadem consultatio plenariam super hoc potestatem habebit, pręcipiendi, et obligāndi omnes Religiosos, siue totius Religionis, siue prouintię respectiuę, ijq omnes ipsi consultationi obedire teneantur.

Const. pars 4. C. 20. f. 200. Const. pars 4 C. 27. f. 213

